Winter, Wilhelm Richard
De Luciani scholiis
quaestiones selectae

B. E. Perry
Oct. 1924

# DE LUCIANI SCHOLIIS
## QUAESTIONES SELECTAE

## DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE LIPSIENSI RITE IMPETRANDOS SCRIPSIT

**RICARDUS WINTER**
LIPSIENSIS

LUCKAE APUD SAXO-ALTENBURGENSES
FORMIS REINHOLDI BERGER
MCMVIII

RETTULERUNT AD ORDINIS PHILOLOGOS DE HAC DISSERTATIONE

**BETHE** **R. HEINZE**

LIPSIAE D. XVI M. JUN. A. MCMVIII.

PROCANCELLARIO

**STIEDA.**

LIBRARY
JUL 13 1967
UNIVERSITY OF TORONTO

PARENTIBUS CARISSIMIS

S.

# SIGLA.

| | | |
|---|---|---|
| BAI | = | Bekkeri Anecdota I. |
| BAV | = | Lexicon Seguerianum V in Bekkeri Anecdotis. |
| BLG | = | Krumbacher, Byzantinische Literaturgeschichte. |
| Et M | = | Etymologicum Magnum. |
| GGE | = | Reitzenstein, Geschichte der griech. Etymologica. |
| Gruppe | = | Gruppe, Griechische Mythologie und Religionsgeschichte. |
| Hes | = | Hesychii lexicon. |
| KdG | = | Kultur der Gegenwart I 8[1]. |
| LBachm I | = | Lexicon Seguerianum VI in Bachmanni Anecdotis I. |
| Phot | = | Photii lexicon. |
| PW | = | Pauly-Wissowa, Realencyclopädie des klass. Altertums. |
| Sui | = | Suidae lexicon. |

# Praefatio.

## Studia Luciani, quibus temporibus floruerint.

Philostratum, quamquam Lucianum indignum putavit, quem in sophistarum vitas adscisceret, hunc cognovisse et imitatum esse constat (Schmid, Atticismus IV, 535). Unde sequitur Luciani ingenium et sermonem aequalibus non displicuisse. Ac III saeculo huius scripta longe lateque propagata ad Latinos ipsos manaverunt. Lactantius enim in divin inst (I, 32 Brandt) dicit ut Lucilium ita Lucianum neque dis neque hominibus pepercisse[1]). Hominibus saeculi IV Luciani scripta in summis deliciis fuerunt. Quo saeculo ineunte Amores huius scriptis subditos esse Bloch commentatione de Pseudo-Luciani Amoribus p 63 evicit. Eiusdem vestigia saeculo fere medio apud Libanium sophistam occurrunt. Atque cum hic dicendi usus Luciani proprios vel peculiares imitatus sit (Förster, Mus Rhen XXXII (1877) p 88), protenus sequitur tum temporis homines curam ac contentionem ad Lucianum cognoscendum adhibuisse. Atque Eunapius, qui historiam inde ab imperatoris Claudii ad imperatorum Arcadii et Honorii usque tempora pertinentem (270—404) composuit, Luciani ingenium his verbis descripsit: *Λουκιανὸς ὁ ἐκ Σαμοσάτων ἀνὴρ σπουδαῖος ἐς τὸ γελασθῆναι* (vit philos ac sophist p 454,45 Dübn). Quamquam saeculo V alia vestigia studiorum Luciani non inveni, tamen eius libri posteris quoque temporibus lec-

[1]) Volkmann contra librorum vetustissimorum auctoritatem Luciani nomen e contextu verborum eici vult.

torum assiduitatem haud dubie experti sunt. Nam quid, quod saeculo VI ineunte Sergius quidam Resaïnita, qui vere anni 536 obiit (Baumstark, Fleck Ann Suppl XXI (1895) p 365), libellum de calumnia Syriace vertit? Neque vero multo post haec tempora studia antiqua e causis hucusque non satis exploratis tota corruunt (KdG p 267) ac sequuntur saecula spissa caligine obruta septimum, octavum, noni dimidia pars (650—850). Ita Leo Isaurus (717—41) sedem litterarum Cpolitanam clausit ac fortasse bibliothecam uberrimam flammis tradidit BLG p 13). His temporibus barbari isti Rhomaici de imaginibus adorandis litigantes et rixantes ex libris Graecorum antiquorum humanitatem haurire se posse omnino obliti sunt. Studia profana paene non coluntur. Ac si quis sermonem Graecorum antiquorum discere vult, scriptoribus ecclesiasticis operam navat (Reitzenstein in PWR VI, 1 p 811 l 60). Initio saeculi IX studia litterarum pedetemptim renascuntur. Quo orthographiam Theognosti ortam esse idem censet (GGE p 60). Quamquam saeculis illis litterae paene perierunt (Wilamowitz, Aeschylos' Orestie II, p. 143), Luciani scripta his temporibus in scholis quamvis parce vivere perrexisse veri simillimum est (BLG p 505). Rixis ecclesiasticis compositis anno 842 sedes litterarum Cpolitana ab imperatore Michaele III (842—67) recluditur ac sub eadem fere tempora Photius patriarcha sicut lux e tenebris enitet. Paulo ante annum 858 ingens opus, quod Bibliothecam dicunt, promulgat (BLG p 517) huiusque aetate litterarum antiquarum studia laete ac libere efflorescunt. Ab hoc posterorum studia Luciani profecta sunt atque ea per totum medium aevum ad aetatem usque renascentium litterarum floruisse Photii ingenio debetur [1]). Cum Photius Luciani studio et amore teneretur (bibl cod 128), discipulos suos suscitavit ac permovit, ut in haec studia se insinuarent. Ex-

---

[1]) Ad hanc rem cf BLG p 460, 602, 567, Harder, de Joh. Tzetzae historiarum fontibus p 71, BLG p 527, 756, 467, 473, 777, Thomas Magister, ed Ritschl p 431 BLG p 549, 101, 492, Förster, Lucian in der Renaissance, Archiv f Litt Gesch XIV (1886) p 337, Schulze, Lukian in der Litteratur u Kunst der Renaissance, Progr Dessau 1906.

stat enim epigramma, quod e septem versibus politicis de Luciano condidit Leo philosophus, ex eius discipulis unus (Boissonade An Graec II, p 472). Atque Photium Arethae, quem hic litteras docuit, tantum Luciani amorem insevisse arbitror, ut aetate provectus Baanem eum codicem, qui nobis Harleianus E praesto est scribere iuberet et ipse scholiis instrueret. Neque casu fit, ut primus Luciani scholiasta, cuius nomen scholiis *Δ* traditur, Photii aequalis sit. Basilium enim episcopum Adadenum conciliis annis 870 et 879 Cpolim convocatis interfuisse Rabii sagacitate exploratum est (Gött Nachr 1902, p 733). Itaque non longius a vera ratione recedere videor, si scribam codicis *Γ*, quem Rabe ratione palaeographica usus sub fine saeculi noni vel sub initio saeculi decimi collocat, inter Photii discipulos quaero. Ac si mihi postmodo contigerit, ut demonstrem Photii lexicon in scholiis cod *Γ* non adhibitum esse, haec scholia *Γ* Photio antiquiora esse sequitur. Sed cum auctor Etymologici genuini lexico Photii usus sit, illud ante diem III Id Mai 882 confectum sit (GGE p 68), Photii autem post bibliothecam in publicum editam exaratum sit (BLG 519), colligo codicem *Γ*, qui nobis vetustissimus praesto est, intra annos fere 858 et 882 scriptum esse.

Caput I.

## Scholia Lucianea, qua aetate orta sint.

Maassium, qui in Mél Graux p 763, 5 negaverat fuisse umquam, qui praeter Aretham dedita opera Lucianum enarraret, Rabe p 718 eqs redarguit[1]). Invenit enim scholia Lucianea non ab uno composita esse. Nam ut textus codicis *Γ* e codice *E*, cuius textum Baanes, scholia Arethas propria manu exaravit, non exscriptus esset, ita scholia *Γ* ex Arethae scholiorum congerie non profluxisse (p 733). Tum Alexandrum, episcopum Nicaenum, codici *Γ* ante annum 945 recognito scholia nova addidisse, sed qui haec adderet, non Arethae libros, sed eum, quem *Γ* transscripsit, codicem appetivisse amplius illo scholiis ornatum (p 734). Deinde Aretham enchiridiis et commentariis sive aequalium sive antiquiorum usum suo exemplari scholia adscripsisse. Ac p 735 iudicium ita complectitur, ut Luciani scholia vetustissima saeculis IX vel X orta sint.

Hac autem opinione Rabe ipse destitit. Dicit enim in editionis scholiorum Luciani praef p VI: iam ante Basilii et Arethae aetatem scholia ascripta fuisse manifestum est. Et profecto si scholia codicis *Γ* post Photii lexicon promulgatum scripta, codicis *E* scholia ad unum omnia ab Aretha excogitata essent, uterque scholiographus, qui Photii asseclae fuerunt, ad interpretationes verborum Photii lexicon probabiliter in usum vocassent. Sed cum huius vestigium in scholiis Lucianeis

---

[1]) Usener in Mus Rhen XXVIII (1873) p 417 sic de Luciani scholiis udicaverat: Die Scholien zu Lukianos sind in hochbyzantinischer Zeit .inentstande

exstet nullum, sequitur scholia codicibus *Γ*, *E* eiusque progenie BCR tradita ante Photii aetatem excogitata esse. Ne hoc quidem demonstrari potest Photii aetate fuisse, qui e litterarum penu depromerent, quo locos Lucianeos grammaticorum more explicarent. Nam Basilius ille Adadenus, quem unum his temporibus adnotationes ad Lucianum adscripsisse certo demonstrari potest, Luciani sententias aut circumscribit aut comprobat collaudatque, doctrinae autem vestigium non apparet. Quodsi ea scholia, quae grammaticorum more dictiones Luciani aut explicant aut data occasione de nominibus, fabulis, locis, philosophorum placitis verba faciunt, ante Photii aetatem orta sunt, probabiliter sumo ea ante annum 650 iam exstitisse. Accedit, quod scriba codicis *Γ* librum Lucianeum deperditum inspexit (cf Rabe p 720). Atque ante scribam codicis *Γ* libros scholiis instructos exstitisse et in usu fuisse e brevi cognoscitur adnotatione, quam scholiastae *ΓΔ* ad Jov conf 16 (p 57, 19) adscripserunt: *ἐν ἄλλῳ „Γώχης δὲ ἀνὴρ ἐνάρετος ἀνεσκολοπίσθη πρὸς αὐτοῦ* (h. e. *Σαρδαναπάλλου*)". Illis duobus saeculis, quibus studia litterarum antiquarum omnino non culta sunt, ea non perscripta esse sua sponte apparet.

Scholia Lucianea et ante Photii aetatem orta et ex uno fonte in codices Byzantinos fluxisse scholiis singularum classium recognitis comprobatur. Scholiorum enim longe maxima pars in compluribus vel in omnibus fere codicibus exstat. Ac notatu dignissimum est ea scholia, quae singuli libri soli exhibent, perpaucis exceptis pretio et auctoritate carere, valere aliquid ea tantum scholia, quibus libri diversarum classium instructi sunt. Hac ex observatione concludo scholia illa nugatoria a scholiorum scribis ipsis addita esse, scholia magni pretii ex uno commentario saeculo IX i. e. Photio antiquiore in nostros libros Byzantinorum aetate exaratos confluxisse.

Sed priusquam ad scholia recensenda aggrediar, codices ac scholia Lucianea breviter lectori proponam.

Codex *Γ* saeculo nono exeunte scriptus I classem repraesentat.

Classis II codex Harleianus E principalis est, qui cir

annum 913 a Baane exaratus ab Aretha scholiis instructus est. Ex eo cod Vindobonensem B saec XI, cod Coislinianum C saec X, cod Palatinum R saec XIII pendere Rabe docet.

Scholia III classis codicibus Vaticano V saec XIII et Laurentiano *Φ* saec X, XIV, XIV—XV ascripta sunt. Ea ex scholiis primae classis, cuius nunc solum testem habemus *Γ*, et ex Aretha scholiis conflata esse Rabio videntur.

Classis IV libris Mutinensi O saec XI—XII, Urbinate U saec XIII, Marciano *Ω* saec X vel XII, Parisino K saec XIV, Parisino M saec XIV, Borbonico N aetatis incertae, Vaticano S saec XIII—XIV repraesentatur. Eorum scholia exigui pretii sunt.

Summi autem pretii scholia cod *Δ* saec XIII classis V sunt, quod eorum vel auctor vel scriba fontes limpidos appetere potuit, qui nunc magnam partem exaruerunt.

Iam accedam ad scholia cod *Γ* recensenda. Eis scholiis, quae manus I propria in *Γ* solo exstant, dictiones Luciani aut circumscribuntur ut p 18,21 [1]), 48,23, 259,26, 270,13 aut animi legentium ad eius usus dicendi attenduntur ut p 38,7, 46,19, 71,10, 170,6. Sane commemoratu dignum est perpaucis scholiis codice *Γ* solo traditis verba Luciani grammaticorum more quamvis exiliter explicata esse. Quae necessitudine quadam coniuncta sunt cum glossis Hesychii, Photii, Suidae, Lexici Segueriani VI.

p 102,14 cf Hes Sui s *ἠυγένειος*.  
p „ 20 = Hes s *τελαμών*.  
p 105,24 cf Hes s *θέων*, schol R Plat Cratyl 397 D.  
p 253,24 = Hes s *ἀμενηνά*, Sui s *ἀμενηνός*.  
p 257,23 cf Hes s *ἐπικερτομέων*.  
p „ 24 cf Hes s *μυδῶσι* Phot s *μυδῶντες*.  
Tim soph s *μυδᾶν*.  
p 262,22 cf Hes Sui s *στέγει*.  
p 265,12 = Hes s *ἐξέθρωσκεν* Sui s *ἔκθορεν*.  
p 273,18 = Hes Phot Sui s *εὐπότμως*.

---

1) Numeri indicant paginas editionis Rabianae.

Haec scholia propius ad glossas lexici Seg VI accedunt:

p 137,24 = LBachm I 298,12, cf Apoll soph 111,19 Bekk.
= Sui s μερμερίζω, cf Hes s μερμήριζεν.

p 268,10 cf LBachm I 145,18 Hes Sui s ἄρπη, Apoll soph 42,32 Bekk.

p 269,19 cf LBachm I 227,9 Sui s ἐπείρα.

His 12 scholiis, quae ex lexico Hesychii simili vel ex lexico Segueriano VI fluxisse censeo, Luciani verba novies singulis, ter binis verbis (p 257,23, 24, p 262,22) explanantur. Haec scholia exigui pretii sunt. Maioris est amplitudinis scholion Tim 18 (p 112,11), quod cod *Γ* solo traditum ad historiam fabularem spectat. Sed fortasse e quodam compendio fabulari in usum scholarum scripto haustum est. Exclamationes, quibus scholiasta dicendi veneres miratur, silentio praetereo. Cum vero ea scholia *Γ* alicuius pretii sint, quae etiam codicibus ceterarum classium tradita sunt, sequitur haec scholia ex fonte communi fluxisse, ea autem quae in cod *Γ* solo exstant, ab ipso codicis scriba addita esse. Atque cum praeter haec scholia exigua eaque nugatoria Photii aetate alia ulla excogitata esse demonstrari nequeat (vide p 11), efficitur scholia Lucianea ante Photii tempora h. e. ante annum 650 conscripta fuisse.

Huius loci est disquirere, quaenam scholia Alexandri manu in codice *Γ* inscripta huius propria sint, et si quae huius non sunt, quibus e fontibus derivata sint. Eae adnotationes, quae in ceteris codicibus non inveniuntur, aut ad artem grammaticam pertinent ut p 39,25, 160,10, 161,15, 20, aut nugae ac disputatiunculae sunt sacerdotem Christianum redolentes ut p 157,3, 28, 158,15, 159,4, 160,16, 161,4, 205,26. Hae adnotationes ab Alexandro ipso excogitatae sunt. E quibus, quamquam ad Lucianum melius intellegendum nihil valent, cognoscitur, qua humanitate ac comitate hic fuerit. Nam cum Arethas omnem occasionem arripuerit Luciano convicia contumeliosissima faciendi, Alexander ei moderatione et aequitate animi adversatur. Alteri generi ea assignem scholia, quae et in cod *Γ* et in aliarum classium libris exstant. Cum vero manifestum esse videatur (cf p 9 et 10) scholiastas *VΔ* hunc codicem *Γ* non

inspexisse, sequitur ea scholia, quae Alexander communia cum his habet, ex horum fontibus hausta esse.

Ea codicis *E* scholia Arethae manu scripta, quae in hoc codice solo exstant, nihil valent ad auctorem enarrandum.

Scholiorum *E* tria distinguuntur genera. Judicia de locorum venustate vel urbanitate lata silentio praetereo. Tum non raro occurrunt convicia Luciano facta. Atque cum codicibus *Δ* et Mosq p 71,25, *Δ* p 76,4, Mosq p 78,27, *R* p 218,20, Luciani opprobria minus magisve contumeliosa asserventur, quibus Arethae nomen propositum est, colligo ea convicia, quae in *E* sive solo sive et in *E* aliisque libris occurrunt, Arethae propria esse. Hac ratione usus ei haec convicia Luciano facta assigno: p 169,12, 187,21, 29 *E*, 203,1 *E R φ Ω*, 205,7 *E*, 227,27 *E Δ*, 228,25 *E R Δ*, 30, 229,2 *E R Δ*, 236,11, 237,21, 240,13 *E Δ*, 244,14 *E*. Eiusdem Arethae ea scholia esse censeo, quae rem publicam perturbatam conqueruntur, ut scholia p 190,3 *E*, 201,3 *E Δ*, 237,14 *E Δ*. Itaque Massio p 769 et Rabio p 726 concedo ea scholia, quibus narratiunculae Luciani cum rebus saeculi noni exeuntis et saeculi decimi ineuntis componuntur, ex Arethae libro derivata esse; cf p 26,29 *Δ*, 27,3 *Δ*, 122,15 *B Δ*, 182,1 *B*.

Cum cod *E* solus scholia alicuius doctrinae omnino non praebeat, sed ea tantum, quae ceterarum quoque classium codicibus tradita sunt, scholia appellari possint, Aretham non ipsum haec vera scholia composuisse, sed e codicibus vetustioribus exscripsisse apparet. Ut autem scholia *Γ* ex Arethae scholiis non manaverunt (Rabe p 733) ita Arethas suā scholia non ex hoc codice *Γ* hausit, cum sex scholiis codicis *Γ* uberiora sint (p 84,13 *C V Ω Δ*, 91,10, 105,17 *C V φ Ω Δ*, 150,23 *B Δ N* > *Γ C V M Ω*, 260,21 *R*, 269,27 *B Ω*). Ergo et codicis *Γ* et Arethae scholia ex uberiore fonte communi profluxerunt.

De scholiis codd *B C*, filiorum codicis *E*, simili modo ac de scholiis patris *E* iudicandum est. Illi enim libri soli ne unum quidem exhibent scholion, quod valeat ad auctorem interpretandum. Quae doctrina redundant, eadem in libris ceterarum classium exstant. Scholia autem codicis *R* longe

aliena sunt a scholiis EBC. Nam praeter nonnulla convicia Luciano facta in R solo complura occurunt, quae optimae doctrinae plena sunt. Ut reticeam de scholiis p 251,20, 255, 5, 261,5, 263,5, 279,5, huic scholiastae soli nonnulla, sed adhuc inaudita de Thesmophoriis et Halois (p 275,23, 279,24) debemus. Scholiastam R Arethae librum exscripsisse inde cognoscitur, quod scholii p 188,16 ea verba, quae scholio iam scripto Arethas adiecit, in suum quoque codicem recepit. Omnia autem scholia R ad Aretham redire concedere nequeo. Nam cum scholia R alterius indolis sint ac scholia EBC, conicio scholiastam R praeter Arethae librum alia subsidia eaque fortasse lexica rhetorica appetivisse. (cf infra p 43).

Scholia III classis, quamquam magnam partem cum scholiis *Γ* m 1 et m 2 (h. e. Alexandri episcopi) conspirant, ex his ipsis sumpta non esse efficitur ex nonnullis lectionibus, quas V exhibet potiores quam Alexander (p 46,21, 114,23 *Γ* 2 *Δ*). Ergo apparet scholiastam V codicem *Γ* ab Alexandro recognitum non inspexisse. Potius scholiastae V eidem fontes qui scholiastae *Γ* m 1 suppetiverunt. Nam nonulla III classis scholia pleniora sunt quam scholia *Γ* m 1. Ita cf p 50,7, 29 *VφOΩΔ*, 69,3, 82,26 *VΔ*, 104,20 *VUΩΔ*, 109,13 *VφΩΔ*). Auctores scholiorum III classis etiam Arethae scholia in usum vocasse inde efficitur, quod Arethae convicium Luciano factum (203, 1) etiam scholiasta *φ* exhibet et quod nonnullis locis III classis scholia, ubi cum Arethae scholiis faciunt, his pauciora praebent. Ita cf 15,11 *BVφOSΩ* + *C*, 89,15 *CVΦOΩΔ* + *C*, 135,6 *BΦΩ* + *B*, 167,16 *ECVφOΩΔ* + *EΔ*, 170,24 *ECVφUΩ* + *E*, 178,18 *BVOSΩ* + *B*, 187,1 *ECV* + *C*, 225,9 *BφU* + *B*, 259,14 *BCφMΩ* + *C*. Ex cuius familiae libris variae lectiones ad Ver hist II 25 (p 23,3 *V*) et ad Jov trag 43 (p 77,3 *VΩΔ*) notatae sint, quis est qui disceptet?

Maximi pretii sunt scholia *Δ*. Nam quamquam saeculo XIII exarata sunt, Graeven in Gött Nachr 1896 p 345,4 coniecit eum interpretem, qui scholia in hanc formam redegisset, non ita multo post Basilium Adadenum et Aretham vixisse. Et

profecto cum argumentis comprobari nequeat scholia cum Suidae glossis convenientia ex his manasse, ne ostendi quidem potest eadem scholia post Suidae lexicon sub medium fere X saeculum promulgatum orta esse. Potius cum nonnulla scholia cum glossis lexicorum Seguerianorum V et VI conveniant, quae saeculo XI scripta quondam glossas uberiores exhibebant, probabile est haec scholia ante saeculum XI ac fortasse ante Suidae lexicon orta esse. Certum esse mihi videtur scholia *Δ* quondam ampliora a grammatico nescio quo et aetate nescio qua in brevius contracta esse. Nam ad observationem per se levem haec asserit scholiasta (p 30, 9): *ὡς πολλάκις παρεθέμεθα*. Cum vero huius sensus notas nullibi repperecrim, probabile coniectura consecutus esse videor. Scholia *Δ*, quamquam medio aevo scripta sunt, ad eosdem commentarios antiquiores redire censeo, e quibus scholia I et II classis profecta sunt. Ea autem scholiis *Γ* m 1 intercedentibus ex illis commentariis fluxisse veri dissimile est. Nam fontes quattuor scholiorum, quae exstant quoque in *Γ*, indicat scholiasta *Δ*: p 68,20 *ΓΟΩ* + *VΔ* + *Δ*, 104,19 *ΓVUΩΔ* + *VUΩΔ* + *Δ*, 106,26 *ΓVφΩΔ* + *Δ*, cf 120,15 *NΔ*. Quamquam scholion *Δ* p 66,17 amplius est quam scholia codd *CVOΩ*, haud dubie scholiasta *Δ* Arethae exemplar Luciani inspexit (cf p 8). Ex locis modo enotatis effici quoque videtur scholiastam *Δ* non pendere de scholiis codd III classis. Quibus locis haec addo: p 3,28 *φSΔ* + *Δ*, 25,12 *φMOΩΔ* + *Δ*, 35,9 *VOΩΔ* + *Δ*, 42,10 *VφΔ* + *Δ*, 45,5 *VφUΩΔ* + *Δ*, 69,21 *VΔ* + *Δ*, 86,13 *VΔ* + *Δ*, 92,18 *VφΩΔ* + *Δ*. Notatu dignum est maximam partem eorum scholiorum, quae in *Δ* solo exstant, alicuius pretii esse. Sed utrum a scholiorum scriba ipso an ab eius auctore codici ascripta sint, nec diiudicare possum nec momentum facit.

Paucis complectar, quae hoc capite exposui. Ea Luciani scholia, quae compluribus codicibus tradita sunt, profecta sunt e commentariis antiquioribus, qui fortasse saeculo VI aut priore orti e barbarie saeculorum VII et VIII in Photii manus emerserunt. Byzantinorum aetate ea tantum scholia nata sunt,

quae Basilius, Arethas, Alexander adscripserunt, si doctrinam spectas exigua, si garrulitatem et vituperandi laudandique studium, ditissima. Quae alia scholia viris doctis Byzantinorum debeantur, cap V exponam.

---

Caput II.

## De antiquorum commentariorum fontibus grammaticis.

### A. Quae ratio intercedat inter Luciani scholia, Photium, Suidam, Hesychium.

Quamquam scholiographi rarissimo fontes suos indicant, tamen demonstraturum me esse spero, quibus e promptuariis scholia nostra derivata sint.

Cum codices *Γ* et *E* a Photii discipulis scholiis instructi sint, coniectura animum subit ab his Photii lexicon adhibitum esse. Ac si scholion quoddam cum Photii glossa, quae apud alios glossographos non occurreret, ad verbum conveniret, probabile, non certum esset scholion ex Photio sumptum esse. Cum vero ne unum quidem scholion id genus reppererim, sumendum est scholia Lucianea ante Photii aetatem iam exstitisse. Duo tantum sunt scholia cod *Γ*, quae, cum in ceteris glossariis sui similia non habeant, cum glossis lexici Photiani comparari possunt. Sed ut perspiciatur, quantum intersit inter scholion p 77,21 et Photii glossas *ἀμφιδεξίοις χερσί* et *ἀ. μῦθοι*, ea excripsi.

Schol *ΓVΩΔ*: *ἀμφιδέξιος λέγεται ὁ ταῖς δύο χερσὶν ὡς*

δεξιαῖς χρώμενος. ἀμφιδέξιον οὖν ἐνταῦθα τὸ ἐκ τῶν δύο μερῶν νοούμενον.

Photius s ἀ. χ. διὰ τὸ ἑκατέραν χεῖρα ἐνεργεῖν ἐν τῷ τοξεύειν.
s. α. μ. οἱ διχογνωμονούμενοι.

Scholion *ΓCVΦΩΔ* p 90,9, quod superest, compara quaeso cum Photii glossa στοιχεῖον.

Praeterea sunt nonnulla scholia *Γ*, quae ipsius Suidae glossis similia vel paria sunt. Atque cum ob intervalla temporum fieri nequeat, ut cod *Γ* scholiographus Suidae glossarium adhibuerit, haec scholia ex eius fontibus manaverunt [1]). Scholiastae *ΓCVOΩΔ* p 63,12 haec exhibent: (τὸν ἐπίτριπτον) τὸν ἄξιον τοῦ ἐπιτριβῆναι, τουτέστι πληγῆναι, Suidas s ἐπίτριπτος haec: ἐ· ἄξιος τοῦ ἐπιτριβῆναι.

Cetera scholia, quae cum Suidae glossis conveniunt, haec sunt:

p 35,16 *ΓVO* cf Sui s χρηστός.
p 45,11 *ΓVφUΩΔ* cf Sui s ἐξήκοντος.
p 47,10 *ΓCVφOΩΔ* cf Sui s προςπατταλεύσω.
p 56,21 *ΓV* cf Sui s ἀποσαφοῦντες.
p 61,25 *ΓV* cf Sui s εὐπρόσωπος.
p 71,2 *ΓVΔ* cf Sui s κεκράκτης.
p 109,12 *ΓVφΔ* cf Sui s ἐκεχειρία.
p 193,12 *EVφΔ* cf Sui s διανεῦσαι.
p 263,11 *ΓM* = Sui s ἀκροποδιτί.

Deinde non pauca sunt scholia, quae ad glossas et Photii et Suidae et Hesychii proxime accedunt. Cum vero neque e Photio neque e Suida manaverint, sumo ea e lexico fluxisse, quod necessitudine quadam cum Hesychii glossario coniunctum erat. Sed ne nimis temere conclusiones meas exstruam. Ex epistula, quam Hesychius lexico suo ad Eulogium praemisit, discimus hunc Diogeniani Periergopenetas ita retractasse, ut eius glossas variis additamentis amplificaret. Neque vero tota Hesychii doctrina antiqua est. Reitzenstein enim in Mus Rhen

---

[1]) Luciani scholia maximam partem e Suida manasse Boysen falso iudicat in Ind lect sem hib 1891/92 Marp p VII.

XLIII (1888) p. 443 ostendit cum lexico Hesychii saeculo fere X Cyrilli glossarium contextum esse. Ergo ea scholia Lucianea, quae etiam cum Hesychii glossis conveniunt, aut e lexico cum Hesychii affinitate coniuncto aut e Diogeniani libro nunc deperdito aut e lexico Cyrilli profecta sunt. Neque igitur sectatus sum Nordenum, qui Piccolominii ratione ac via usus ea in Gregorium Nazianzenum scholia, quae cum Hesychii glossis conspirant, Diogeniano adiudicavit (Herm XXVII (1892) p 625). Quam leviter scholiasta *Δ* (p 58,14) Hesychii lexicon in usum contulerit, mirum est. Nam quamquam eius erat vocem *σάτυρον* explanare, tres Hesychii glossas vicinas *σατύραν*, *σατύριον*, *σάτυροι* compilavit. Scholiastam autem nostri libri Hesychiani fratrem natu maiorem adhibuisse, qui hoc amplior fuit, e glossa prima a scholiographo exscripta efficitur.

| schol Luc | Hesychius |
|---|---|
| *σάτυρον· δασεῖαν ἢ καταφερῆ Δωρικῶς.* | *σατύραν· καταφερῆ.* |
| *καὶ σατύριος πόα τις συνεργὸς πρὸς τὰς ἀφροδισίους ἀφορμὰς καὶ ζῷόν τι τετράπουν λιμναῖον.* | *σατύριον· πόα τις συνεργὸς πρὸς τὰς ἀφροδισίας ὁρμὰς καὶ ζῷον τετράπουν ἢ λιμναῖον* (sequitur: *σάτυροι μορφαὶ ἀπρεπεῖς*). |
| *καὶ σάτυρος ἤτοι ἡ πορόνης ἢ ἔνστασις.* | *σάτυρος· ἡ ἔντασις ἢ χορευτής.* |

Jam sequuntur ea scholia, quae ad Hesychii glossas proxime accedunt:

p 1,14 *Δ* = fere Hes Sui s *δημοτικά*.
p 23,1 *CVOSUΩ* cf Hes s *ἐπινήμαται*.
p 31,1 *ΓVMΩΔ* cf Hes s *χυμοί*.
p 31,7 *ΓVMOΩΔ* cf Hes s *ὑποτονθορύζει*.
p 32,13 *ΓVOΩΔ* cf Hes s *βύσας* Sui s *βύουσιν*.
p 42,13 *ΓCVΦOUΩΔ* cf Hes s *χοαί*.
p 43,29 *ΓVUΩΔ* cf Hes Phot Sui s *ὕσπληγξ* cf infra p. 20.
p 44,19 *ΓVΩΔ* cf Hes Phot s *τακερόν*.
p 56,20 *ΓVOΩΔ* cf Hes s *ἄλοκας* Sui s *ἄλοξ*.
p 59,10 *ΓOΩΔ* cf Hes s *ἁπλοικός*.

p 61,27 *ΓVOΩ* cf Hes Sui s *διαμέλλει*.
p 62,26 *ΓCVOΩ* cf Hes Phot Sui s *μικρολόγος*.
p 67,29 *ΓV* cf Hes s *ἐφιείς*, Phot s *ἐφίησιν* = Sui s *ἐφιᾶσιν*.
p 71,24 .. cf Hes s *μετῆλθε*.
p 75,6 „ cf Hes Phot Sui s *κηλούμενος*.
p 85,23 „ cf Hes Sui s *διάτορον*. Et M p 269,28.
p 90,21 *ΓVφΩΔ* cf Hes = Phot s *φιλοτησίαν προπίνειν* Sui s *φιλοτησία*. Et M p 794,45 cf Harp s *φιλοτησία*.
p 91,10 *ΓCVφΩΔ* cf Hes s *ὕσγινον*, Sui s *ὕσγη*.
p 94,17 *ΓVφΩ* cf Hes Phot Sui s *ξενολόγος*.
p 95,14 *ΓVΩΔ* cf Hes s *σπαθᾶ*, Phot Sui s *σπαθᾶν*.
p 96,21 *ΓV* cf Hes s *μοιρῆσαι*.
p 99,15 *ΓΩΔ* vide *ΓV* 49,19 cf Hes Sui s *λογίζομαι*.
p „ 18 *ΓVΩ* cf Hes Sui s *διοπετές*.
p „ 26 *ΓV* cf Hes = Phot Sui s *προσφερεῖς*.
p 100,8 *ΓVΦΩΔ* cf Hes s *ὠκύπτερος*.
p „ 20 *ΓVΔ* cf Hes Sui s *ἀνέκμαρτον*.
p 101,8 *ΓV* = Hes Phot Sui s *τεκταινόμενος*.
p 102,10 *ΓCVφΩΔ* cf Hesychii glossam mutilam *δορυφόρος*.
p 103,1 *ΓV* cf Hes s *κάμνει*.
p „ 3 *ΓVφ* cf Hes s *ἱπποπόλων*.
p 104,16 *ΓVΩΔ* = Hes Sui s *ἔργον* cf Phot s *ἔργον εἰπεῖν*.
p „ 17 *ΓV* cf Hes Sui s *εἰλαπίνη*.
p 109,6 *ΓVΩΔ* cf Hes s *τετύφωται* Sui s *τετύφωμαι*.
p 127,1 *CVΦUΩ* cf Hes s *παλάθαι*.
p 136,3 *BVφUΩ* = fere Hes s *πυρριχίζειν* Et M 699,1.
p 140,1 *ΓV* cf Hes s *ἀφηνιάζετο*.
p 197,9 *ECVφΩΔ* cf Hes Sui s *θρῖον* Phot s *θρῖα*.
p 200,2 *ECVφΩΔ* cf Hes s *τρυφαλίδες*.
p 233,17 *CRVΔ* = fere Hes cf Phot s *ψύττα*.
p 255,4 *ΓR* cf Hes s *διαφέρονται* Sui s *διαφέρεσθαι*.
p 260,8 *ΓΩ* cf Hes Phot Sui s *κατασοφισθεῖσα*.
p 269,23 *ΓMΩ* cf Hes s *σαίρει*.
p 271,25 *ΓΩ* cf Hes Phot Sui s *μῆνιγξ*.
p 272,1 *ΓΩ* (cf 136,3) = fere Sui s *πυρριχίζειν*.

## B. De lexicis rhetoricis scholiorum grammaticorum fontibus.

### a. Quae ratio inter Luciani scholia et lexicon Seguerianum VI intercedat.

#### α. De scholiis grammaticis I et II classis.

Scholiis Lucianeis collatis cum glossis Hesychii, Photii, Suidae ostendisse mihi videor scholiastas e fontibus lexici Photii Suidaeque ac fortasse e lexico Hesychii similibusve glossariis scholia sua hausisse. Cumque nonnulla scholia ut cum glossis Photii ita cum glossis lexici Seg VI conspirent, quod quondam amplius auctores lexici Photiani adhibuerunt (Reitzenstein, Anfang d Photios Lex praef p 31, 46), conicere licet haec scholia e lexico Seg VI propinquissimo fluxisse. Quae coniectura ea re firmatur, quod scholion *ΓUΩ* p 256,19 cum glossa L Bachm I 315,19 sola convenit.

Haec scholia e lexico Segueriano VI simili sumpta sunt:

p 1,18 *BCMNUΩΔ* p 2,1 *Γ?CMNSUΩ* cf LBachm I 163,7 Hes s *αὐθέκαστος* Sui s—α Phryn in B A I 17,24.

p 31,4 *ΓVOΩ* cf LBachm I 339,12 Poll II 54 Hes s *περιωπή* Et M p 665,24.

p 52,7 *ΓVφOΔ* cf LBachm I 218,24 Sui s *ἐμπολήσωμεν*.

p 53,1 *ΓVΔ* cf LBachm I 70,6 = fere schol R in Plat Theaet p 172 C Hes Sui s *ἄλλως*.

p 54,24 *ΓVOΩΔ* cf LBachm I 262,12 Poll I 94 X 31 Herodian I 298,15 II 413,25 452,4 Lentz, Moer p 195 P Ael Dionys fr 211 Schw Hes Phot s *ἱμονιά* Sui s *ἱμητόν* schol in Ar Rau 1297 Eccl 351.

p 55,29 *ΓVOΩ* cf LBachm I 219,19 Hes s *ἀκαρής* Phot s *ἀκαρῆ* Sui s *ἀκαρές* Poll II 33 schol R in Plat Axioch 366 C in Aristoph Plut 244.

p 60,20 *ΓVΔ* cf LBachm I 290,12 Hes s *λῆμαι* Phot s *λημᾶν* Sui s *λήμη*.

p 62,27 *ΓVOΩΔ* cf LBachm 281,29 Hes s *κόρυζα* Tim soph s *κορυζᾶν* schol R in Plat Reip p 343 A.

p 63,15 *ΓVOΩΔ* cf LBachm I 361,29 Hes Phot s *σαρδόνιος*, schol *RS* Plat Reip p 337 A.

p 64,17 *ΓCVOΩΔ* cf LBachm I 331,19, 20 Hes s *παρέγγραπτος* Phot Sui s — *ους* Poll III 55 schol in Greg Naz in Herm vol XXVII p 631.

p 68,1 *ΓVOΩΔ* cf LBachm I 323,5 Hes s *ὀφλήσουσιν*, Phot s *ὀφλισκάνουσιν* Sui s *ὀφλῆσαι*.

p 87,24 *ΓVΔ* cf LBachm I 245,18, 20 Hes Phot Sui s *ἐχεμυθεῖ*.

p 93,17 *ΓCV* vide *VΦΩΔ* cf LBachm I 362,7 Hes Phot s *σαπέρδης CS* p 284,13 = fere Et M p 708,42.

p 96,14 *ΓVφΩΔ* = LBachm I 246,3 Hes Phot Sui s *ἕωλον* cf Rabii apparatum criticum.

p 99,1 *ΓΩΔ* cf LBachm I 330,21 Phot s *παρασάγγης*, Hes s — *ας*.

p 100,21 *ΓVΔ* cf LBachm I 221,24 Sui s *ἐνῆν*.

p „ 24 *ΓVφΔ* cf LBachm I 300,3 Hes Phot Sui s *μετεωρολέσχαι*.

p 101,1 *ΓVΦUΩΔ* = LBachm I 304,10 Phot cf Hes Sui s *μύδρος*.

p 102,6 *ΓV* = LBachm I 332,30 Phot Sui s *παρηβηκώς*.

p 102,12 *ΓVφ* = fere LBachm I 401,23 Sui s *ὑψιβρεμέτης*.

p 104,15 *ΓV* = LBachm I 385,10 Hes s *τερπωλή*, Sui s — *ήν*.

p „ 26 *ΓVΩΔ* cf LBachm I 284,22 = fere Hes s *κυκεῶ*.

p 105,21 *ΓVφΩΔ* cf LBachm I 402,23 Herodiani Philet p 457 Piers Ammon p 141 V Phot s *φακῇ* Sui s *φακαῖ* (vide *Γ2CVMOΩ* p 39,26).

p 138,19 *ΓV* = LBachm I 189,11 Poll IX 155.

p 151,6 *Γ2CVφOΩ* cf LBachm I 362,23 schol *(R)* Ar Lys 730.

p 255,3 *ΓR* cf LBachm I 226,9 Hes s *ἔπαλξις* Poll I 170 Et M p 353,20.

p 259,27 *ΓM* vide p 93,27 *Δ* cf LBachm I 229,14 Hes Sui s *ἐπιεικῶς*, Schol *R* in Plat Reip p 431 E.

p 262,3 *ΓR* = LBachm I 189,4 Hes s *δεδήωται*

p 268,8 *ΓΩ* cf LBachm I 379,20 Hes Phot Sui s *σῶστρα*.

p 279,5 *R* = fere LBachm I 338,1 Hes Phot Sui s *περιδέραια*. Et M p 663,46.

### β. De scholiis grammaticis III classis.

Scholia codicum III classis maximam partem medio aevo infimo exarata e commentariis antiquioribus in Lucianum perscriptis profecta esse p 9 ostendi. Nam profecto huius classis scholia ad eosdem fontes redeunt ac scholia I et II classis.

Ad quoddam lexicon Hesychii haec scholia redeunt.

p 4,30 *φS* cf Hes s *καιασπᾶν*.
p 24,21 *VMOΩ* cf Hes s *ἀβυδόν*, *ἄβυσσος* Phot Sui s *ἄβυσσος*.
p 31,19 *VMΩΔ* cf Hes Phot s *περισσοβεῖν*.
p 32,26 *VΔ* = Hes Phot s *ὀναίμην* Sui s *ὀναίατο*.
p 42,15 *VφΔ* cf Hes Sui s *ἐναγίζειν*.
p 43,1 „ = Hes s *κονίσουσιν*.
p 54,15 *V* = Hes s *εἰκαῖον* Sui s — *ος*.
p 247,7 „ cf Hes Sui s *σῦφαρ*.
p 247,8 „ cf Hes Phot s *ὁλκός*.

Lexico Seg VI haec scholia addico:

p 12,7 *VMOSΩ* cf LBachm I 148,14 Hes s *ἀρχαῖον* Sui s — *ος* vide p 20.
p 41,25 *VφNΔ* cf L Bachm I 181,11 Sui s *βουλυτός*.
p 42,22 *VφΔ* = LBachm I 367,30 Phot Sui s *σοβεῖ* cf Hes s *σοβεῖν*.
p 63,16 *V* cf LBachm I 333,27 Hes Phot Sui s *παρομαρτεῖ*
p 77,24 *VΩΔ* cf LBachm I 207,6 Sui s *ἕδος*.
p 104,12 *VφΩΔ* cf LBachm I 76,1 Phot s *ἀλοᾶν* Sui s *ἀλοιῶν*.

### γ. De scholiis grammaticis codicis Δ

Scholia cod Δ, quamquam cum Photii et Suidae glossis expresse conspirant permulta, tamen eis deprompta esse probabiliter demonstrari nequit. Tria scholia, quae contra sententiam meam facere videntur, sparsius tractabo.

Ad Hes 1 (p 239,8) scholia adscriptum est, quod quamquam proxime accedit ad Photii Suidaeque glossas *σεμνά*, neutri debetur. Est enim: *σεμνά · σεμνὸν ἐπὶ τοῦ ἀξιωματικοῦ λέγεται* (*λέγουσι* Phot Sui), *ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ὑπερηφάνου τιθέασιν · Εὐριπίδης Μηδείᾳ* (215) *· οἶδα γὰρ πολλοὺς*

*βροτῶν σεμνοὺς γεγῶτας* (*γεγόιας* Phot, Sui *γεγονότας*) *καὶ ἐν Ἱππολύτῳ* (93). ***Μισεῖν τὸ σεμνὸν καὶ τὸ μὴ πᾶσι*** (sic schol., *πᾶσιν* Phot Sui) *φίλον, καὶ τὸ ἔνδοξον* (Phot, *τὸ* om. schol et Sui.) ***Εὐριπίδης αὖθις*** (Sui ***Εὐ.*** *Ἱππολύτῳ*. Photius haec duo verba omittit). *πῶς οὖν οὐ* (schol et Phot, *σύ* recte Sui) *σεμνὴν δαίμονα προσεννέπεις*: (libri Euripidei *δαίμον' οὐ*) *καὶ τὸ μέγα* (*τὸ σεμνὸν λέγει* scholion addit, omittunt Phot et Sui).

Quinquies facit scholiasta contra Photium et Suidam, semel cum Phōtio contra Suidam, semel cum Suida contra Photium. Tum scholiasta unus *γεγῶτας* exhibet, quae forma sola ratione metrica postulatur, cum Photii et Suidae formae aut omnino falsae aut contra numerum sint. Sane in scholio idem mendum scripturae occurrit, quod in Photii glossa: *οὐ* pro *σύ*. Cum vero scholii memoria crebro abhorreat a Photii glossa, leve mendum illud prorsus non argumento est, quod scholion e Photio derivatum est. Scholion e Suida fluxisse nemo dicat. Neque assentior eis, qui autument scholion e Photii Suidaeve codicibus natu maioribus depromptum esse. Postmodo (p 19) argumentis comprobaturus esse videor scholiastam *Δ* ut ceteros lexicon Seg VI appetivisse. Cum vero LBachm I 363,15 hanc glossam praebeat: *Σεμνόν · μέγαν, ἔνδοξον, ἀξιωματικόν*, iusto iure sumo scholiastae lexicon suppetivisse, cuius epitome nunciam exstat Lex Seg VI.

Scholion p. 229,29 sui similia habet in scholio R in Plat Leg p 899 D. apud Photium, Suidam. Scholiasta haec exhibet: *ἥκιστα · οὐδαμῶς, οὐχ ἧττον.* (*ἢ* inculcat schol Plat) *καὶ Λιβάνιος ἔφη* (*κ. Λ. φησιν* Phot Sui, *Λ. δέ φησιν* schol Plat), *εἴ τινα ἄλλον τρόπον, ὃν ἥκιστα ὤφθη μετελθὼν ἐν τῷ βίῳ ὁ* (sic schol Plat, om Phot *βίῳ*, schol Luc *βίῳ ὁ*, Sui *ἐν τῷ βίῳ*) *ἐπὶ τῇ φιάλῃ* (Sui *φιλίᾳ*) *ἔμπορος. ἀντὶ τοῦ* (*οὐ* omittunt schol Plat Luc Phot) *πάνυ.* Suidas verba *ἀντὶ τοῦ οὐ πάνυ* tota omittit, claudit autem glossam suam exemplis interpositis hoc modo: *οὐχ ἥκιστα δὲ ἀντὶ τοῦ πάνυ, μάλιστα.*

Quo pertineat Libanii fragmentum, quid sibi velit, non satis intellego.

Glossa longe optime tradita est a Platonis interprete. Cum vero Luciani scholion ibi lacuna deformatum sit, ubi Platonis sanum integrumque est, illud non ex hoc manasse sua sponte apparet. Atque quamquam glossae Photii Suidaeque eisdem fere vulneribus affectae sunt, tamen ne ex his quidem scholion profluere potuit. Nam nonnullis locis a scholii Lucianei lectionibus valde discrepant. Scholii fons in compendio quodam rhetorico quaerendus est. LBachm I 249,29 enim hanc exhibet glossam: *ἥκιστα · οὐδαμῶς, οὐχ ἧττον.* Atque illud compendium lexico Segueriano V simillimum fuisse e scholio cum huius lexici glossa comparato cognoscitur. Quae est (BA I p 262,3 : *ἥκιστα · ἐναντίον τῷ μάλιστα. σημαίνει δὲ καὶ τὸ οὐδαμῶς παρὰ τοῖς ῥήτορσι* (cf Libanium scholiastae) *καὶ κωμικοῖς.* Sed haec hactenus.

Scholiastam *Δ* non Suidam adhibuisse scholio Lexiph 6 (197,1) collato cum Suidae glossa *ἀβυρτάκη* plane perspicitur. Nam cum scholion primum pronuntiatum sic claudat: *καὶ ῥόας κόκκων καὶ ἑτέρων τοιούτων δριμέων,* Suidae glossae pronuntiatum primum sic excipit: *καὶ ῥοιᾶς κόκκων καὶ ἑτέρων τοιούτων, δριμὺ δηλονότι.* Cetera glossae verba plane cum scholio conveniunt. Ubi grammatici, scholiastae et Suidae auctoris, verba meliora ac meriora tradantur, apparere mihi videtur. Suidae enim glossam, qualem nunc quidem legamus, ab interpolatore, cui scholiastae Lucianei vel eius auctoris verba ob oculos versata sunt, amplificatam esse ex usu dicendi cognoscitur. Itaque ea scholia, quae cum Suidae glossis congruunt, ex eo deprompta esse effici non potest. Atque cum de his ne unum quidem ut opinor scholion sit, quod non inter glossas lexici Seg VI sui similem paremve habeat, necessario colligo scholia cum glossis et Suidae et lexici Seg VI congrua ex lexico Seg VI profluxisse. Quorum magnum numerum hic enoto.

p 1,17 = fere LBachm I 300,15, 18 Phot Sui s *μέτριος* Hes s — *οι.*

p 2,19 cf LBachm I 240,19 Phryn p 144 L Ammon p 62 *V* = fere Phot Sui s *εὐθύς.*

p 2,24 = LBachm I 351,17 Phot Sui s πρόςοδος.
p 3,5 = fere LBachm I 193,10 Hes s δημοθοινία Sui s δημόθοινα Et M p 265,35.
p „9 cf LBachm I 109,20 cf Hes = Phot Sui s ἀπαγωγή.
p „11 cf LBachm I 135,29 schol R in Plat Leg IX p 854 B Hes s ἀποτρόπαιος = Sui s — οι.
p „20 = cf LBachm I 148,14 Hes s ἀρχαῖον Sui s — ος.
p „28 = LBachm I 373,2 Phot Sui s συγκροτεῖ cf Hes s eadem voce.
p 4,1 = LBachm I 155,3 Hes s ἀσιύγειτον Sui s — ων cf Poll VI 113.
p „5 cf LBachm I 168,26 Hes s αὐτόχειρ Sui s — ες Phrynichum in B A I 7,31.
p „8 = LBachm 371,31 Phot Sui s στρεβλούμενος cf Hes s — οι.
p 5,15 cf LBachm I 6,24 Hes s ἄγαλμα Phot s ἀγαλματοτροφούμενος Sui s ἄγαλμα et — ατα Tim soph s ἄγαλμα et Antatt in B A I 82,9.
p 6,12 = LBachm I 312,26 Hes s ὀθνεῖα Sui s — ος.
p „19 = LBachm I 304,16 Sui s μυκηθμός cf Poll V 87.
p 10,11 cf LBachm I 228,35 Hes Sui s ἐπιγουνίδα Apoll soph p 72,25 Bekk = Et M 358,27.
p 25,9 cf p 3,27 = LBachm I 376,23 Hes Phot Sui s συνωμοσία.
p „13 = LBachm I 268,7 Hes Phot Sui s κάρτα.
p 26,11 cf LBachm I 401,6 schol R in Plat Phaedr p 254 E Hes Phot Sui s ὑσπληξ Et M p 784,58 (cf supra p 13).
p 27,11 cf LBachm I 177,8 Hes Sui s ἄψικορος.
p 35,28 cf LBachm I 283,3 Sui s κραίνουσι.
p 96,22 cf LBachm I 364,19 Phryn in B A I 36,19 Poll II,54 Ael Dionys fr 299 Schw schol B Q in Hom σ 11 Et M p 713,8.
p 109,14 cf LBachm I 308,11 Hes Phot Sui s νέωτα Poll I 56 Harp s τῆτες.
p 154,25 = LBachm I 235,27 schol R S in Plat Phaedon

p 107 B, S O in Conv 217 A, O in Gorg p 486 E Phot Sui cf Hes ἕρμαιον cf schol Δ M p 121,25 = Et M 376,15.

p 155,3 vide p 275,7 cf LBachm I 241,15 Hes Phot Sui s εὐπάρυφα.

p 167,29 cf LBachm I 405,20 Hes Phot Sui Tim soph s φθόη Harp s φθόην.

p 214,8 cf LBachm I 330,5 = fere Sui s παράλογον Phot s παράλογος — ον.

p „ 13 = LBachm I 231,13 Sui s ἐπιπόλαια.

p „ 15 = fere LBachm I 398,13 Phot Sui s ὑποικουροῦν Et M p 782,28.

p „ 18 = fere LBachm I 236,4 Phot Sui s ἐρήμη δίκη schol R S in Plat Apol p 18 C cf Hes s ἐρήμη.

p „ 22 cf LBachm I 54,24 Hes Phot Sui s ἀκμὴ Antatt in B A I 77,27.

p „ 26 cf LBachm I 137,19 Antatt in B A I 81,31 Poll IX 154 Hes s ἀπόχρη Sui s ἀποχρᾶν.

p „ 27 cf LBachm I p 286,17 cett Hes Phot s κῶμοι Sui s κωμαστῆς cett.

p 215,10 cf LBachm I 67,27, 29 Hes s ἁλίσκει Phot Sui s — εται.

p 227,6 cf LBachm I 277,10 glossam certo mutilam, Moer p 240 P Herodian Philet p 447 P = fere Phot Sui cf Tim s κίβδηλον.

p „ 23 = LBachm I 205,15 Sui = fere Hes s ἐγκώμιον.

p „ 25 = LBachm I 409,18 Sui s φροίμιον Hes s φροίμια cf Moer p 382 P.

p 228,14 cf LBachm I 281,13 Phot s ὄτοβος Sui s — ον.

p „ 20 = LBachm I 330,21 Phot Sui cf Hes s παρασάγγης.

p „ 23 = fere LBachm I 257,15 Sui cf Hes s θραῦσις Et M p 454,15.

p „ 27 = LBachm I 292, 12, 9 Sui s λόπος.

p 229,5 = LBachm I 257,23 Phot Sui cf Hes s θρίαμβος Et M p 455,16.

p „ 25 cf LBachm I 268,11 Hes s κάρχαροι Sui s καρχαρόδους.

p 230,6 cf LBachm I 417,2 eqs = fere Sui s *χρηματίζεσθαι* eqs.
p „ 12 = LBachm I 359,26 Phot Sui cf Hes s *ῥυθμίζει* Et M p 706,17.
p 231,5 cf LBachm I 224,33 Hes Sui s *ἐξίτηλα*.
p „ 14 = LBachm I 291,23, 24 Phot Sui s *λιχνεία λίχνος*.
p 235,9 cf glossam LBachm I 358,31 mutilam = fere Phot Sui cf Tim soph s *ῥῆτραι* Et M p 703,44.
p „ 20 = fere LBachm I 359,27 Sui cf Hes Sui s *ῥυθμός*.
p „ 22 = LBachm I 388,22 Phot Sui cf Hes s *τοιγαροῦν*.
p 236,22 cf Phot Hes s *ἠλίβατον* Et M p 427,42 Apoll soph p 83,25 B LBachm I 250,8.
p „ 27 = fere LBachm I 283,14 Phot cf Hes Sui s *κρηςφύγετα* Et M 537,57.
p 237,10 = LBachm I 302,9 10 Hes Phot Sui s *μισθάρνης — ία*.
p 238,16 cf LBachm I 188,29, 28 Hes s *δασμολόγοι* Sui s— *ία*.
p 239,18 = LBachm I 405,22 Phot Sui cf Hes s *φθόνος* Et M p 793,16.
p 240,4 = LBachm I 287,1 Sui Phot s *λαβαῖς* Hes s *λαβή* Et M p 554,10.
p „ 7 cf LBachm I 161,9 eqs Harp s *ἄττα* Ammon 27 V Sui s *ἄττα*.

## b. Quae ratio inter Luciani scholia et lexicon Seguerianum V intercedat.

Postquam planum fecisse videor lexicon Seg VI a Luciani interpretibus adhibitum esse, disquiram, quaenam ratio intercedat inter scholia Lucianea et glossas lexici Seg V. Sunt enim nonnulla scholia, quae cum glossis et Photii et lexici Seg V conveniunt. Cum vero auctores lexici et Photii et Seg V eosdem fontes adisse videantur (Cohn in Suppl Ann XIII (1884) p 827) ea Luciani scholia, quae ad glossas lexici Photiani et Seg V accedunt, probabiliter non e Photio manaverunt, sed necessitudine cum glossis Seg V coniuncta sunt. Cui ea potissimum scholia deberi censeo, quibus Atheniensium instituta publica tractantur.

Ad Jov trag 16 (p 57,12) scholiastae *ΓVOΩΔ* scholion adscripserunt, quod est de Atheniensium undecimviris. Glossae Photii ἕνδεκα, lex Seg V in A B I 250,4, Et M p 338,31 minus magisve prope ad scholion accedunt, ut credas eas et scholion ex eodem fonte manasse. Quod lexicon rhetoricum fuisse subscriptio glossae Et M docet: Ῥητορική. Cum vero Wentzel in Sitzungsber d Berl Akad 1895 p 486 evicerit huius auctores lexicon rhetoricum Segueriano V multo compendiosius usurpasse, hoc scholion ex eo profectum esse necessario sumo. Simili fonti vindico scholion *ΓVOΩΔ* p 67,3. Nam praeterquam quod similia occurrunt apud Harpocrationem s ληξιαρχικόν, apud Poll VIII 104, in lexico Seg IV (in B A I 191,5) δικῶν ὀνόματα continente, ex scholio ipso cognoscitur eius auctores compendium quoddam exscripsisse. Nam quamquam eorum erat de vi ac significatione eius instituti agere, quod dicitur ληξιαρχικὸν γραμματεῖον, etiam τὸ κοινὸν vel τὸ φρατρικὸν γρ. commemorant et tractant, in quod liberorum modo natorum nomina referebantur (Schoemann-Lipsius, Altertümer I 385).

E lexico Seg V simili haec scholia profecta sunt:

p 4,15 *Δ* cf B A V 262,5 = Hes s ἠλίθιον Phot Sui s ἠλίθιος LBachm I 250,7.

p 30,20 *Δ* = B A V 272,19 cf Hes s κλιντῆρες Phot s κλιντήρ Et M p 520,26.

p 31,22 *ΓVMOΩΔ* cf B A V 248,20 Hes s ὀρεοκόμος = fere LBachm I 320,8 Phot Sui s ὀρεωκόμος.

p 35,3 *ΓVMOΩΔ* cf Lex Seg V in B A I 261,9 Herennius Phil apud Ammonium p 64 V Harp s ζηλοτυποῦν Hes Phot s ζηλοτυπία eqs.

p 96,15 *ΓVΦΩΔ* 19 *BVφΩΔ* cf B A V 244,8 LBachm I 243,13, 17 Harp s ἔφεσις Poll VIII 54 62 Hes Sui s ἔφεσις Phot ἔφεσις ἐφέται.

p 138,7 *ΓVΦUΩ* cf B A V 311,28 Harp s ὑπερήμεροι Poll III 85 Hes Phot s ὑπερήμερος posteramque glossam. LBachm I 395,29 Sui s ὑπερημερίας.

p 190,24 *ECVφΩΔ* cf B A V 276,3 Hes Phot s κυψέλαι eqs Sui s κ ἑξμέδιμνος Phryn in B A I 47,15.

p 192,23 *EVφΩΔ* = fere B A V 284,13 Hes s *ξηραλοιφεῖν* Phot Sui s *ξηραλοιφία*.

p 210,27 *ECRVφUΔ*[1]) cf B A V 295,18 LBachm I 325,19 s Hes Phot Sui s *παιπάλημα* schol (R) in Ar Av 430.

p 227,19 *Δ* cf B A V 265,17 III 265,17 LBachm I 259,6, 8 Tim soph s *θῶπες* Phot Hes = Sui s *θῶπες θωπεία* = fere Et M p 459,44.

p 233,4 *Δ* cf B A V 273,5 Hes Sui s *κοιτίς* Et M p 524,15.

Haec scholia, quamquam non occurrunt inter Photii glossas, tamēn haud dubie ex lexico Seg V profecta sunt.

p 4,10 *Δ* cf B A V 231,21 Hes s *γενναῖος — ον*.

p 41,2 *VφM* = fere B A V 243,24 cf LBachm I 208,10 Sui s *εἶεν* Et M p 296,50.

p „ 21 *VφΔ* cf B A V 309,6 Eust comm in Od p 1517,59.

p 43,22 *ΓVφOUΩΔ* cf B A V 247,9 Hes s *ἐνδεῖν*.

p 63,1 *ΓVOΩ* cf B A V 256,23 Hes s *ἔρμα* Poll I 115 Ael Dionys fr 180 = Harp s *ἔρμα* cf Et M 375,54.

p 88,20 *ΓVΔ* cf B A V 219,1 LBachm I 131,19 Tim soph s *ἀπόρρησις* Hes s *ἀπορρήτους* Sui s — *α*.

p 117,14 *Γ2VMΔ* cf B A V 204,31 LBachm I 136,28 Phryn in B A I 5,8 Moer p 53 P Tim soph Hes Sui s *ἀποφράδες* schol R in Plat Leg p 800 D.

p 193,13 *EVφΩ* cf B A V 228,2 Herodian Philet p 436 P.

p 209,14 *Δ* cf B A V 222,4 LBachm I 178,10 Phryn p 272 L Hes Sui s *βάκηλος* Et Magn p 185,19.

p 227,29 *Δ* cf B A V 222,12 IV 185,7 = fere LBachm I 183,5 cf Harp s *βωμολοχεύεσθαι* Moer p 105 P = fere schol R in Plat Reip p 606 D cf Hes s *βωμολόχος* = fere Sui s *βωμολόχος* Et M p 217,55.

p 240,8 *Δ* cf Paus Att fr 319 Schw, schol Aesch III 166 schol RO Plat Lys p 206 E Hes Sui s *φορμός* Et M 798,52 lex Seg V in B A I 315,7.

p 261,2 *BCφMNΩ* cf B A V 255,11 LBachm I 231,10 Harp s *ἔπιπλον* Paus fr 174 Schw schol Herodot II p 464 Stein Hes Sui s *ἔπιπλα*.

---

[1]) E locis, quos attuli, gemellis concludi non potest scholion doctrina Aelii Dionysii et Pausaniae redundare (cf infra p 27).

Quid his e rebus expositis efficiatur, breviter complectar. Me eruisse censeo omnium classium scholia ex eisdem fontibus profluxisse. Nam certum esse mihi videtur eosdem fontes, quibus Photius et Suidas usi sunt, Luciani interpretibus suppeditasse. Neque dubito, quin lexicon Hesychii simillimum in eorum subsidiis fuerit. Ac pro certo habeo Lexica Seguerianis V et VI, quae quasi amputata aetatem tulerunt, propinquissima in Luciani scholia rivulos emisisse.

## C. De grammaticis antiquis scholiorum auctoribus.

### a. Quid Diogeniano debeatur.

Supra (p 7,11) ostendere studui ea scholia Lucianea, quae Photii aetate excogitata esse argumentis firmari nequit, saeculo VII iam exstitisse. Atque cum veri dissimile sit tum temporis interpretes de suo eruditionis penu sumpsisse, quo Luciani usus dicendi enarrarent, eos ad scholia conficienda praeter Pollucem, qui bis in medium profertur, alios auctores antiquiores adhibuisse conieci. Atque cum circumspicerem, qui eis suppetere potuissent, mihi in mentem venit Diogeniani, cuius saeculo V Hesychius alteram quasi editionem curavit. Atque cum posterioris aetatis grammatici ad Eustathii usque tempora artem exercentes compendiosius Diogeniani glossarium praeoptavissent, eius vestigia inter haec scholia indagavi. E Diogeniano certo profluxit scholion *ECRV* p 228,9. Quod est: *ἔτνος πᾶν ὄσπριον ἐρειχθέν.* Cum his verbis confer quaeso scholion in Gregorii Nazianzeni orationem IX codicibus Monacensibus 499 et 204 traditum (Migne XXXVI,2 p 914) *ἔτνος · εἶδος ὀσπρίου, οἱ μὲν κύαμον, οἱ δὲ τὸ καλούμενον πισσάριον, οἱ δὲ ἕψημα ἀθηρῶδες . . . ἔτνος οὖν τὸ ἐριχθὲν καὶ συγκοπὲν ὄσπριον. ἀπὸ τοῦ ἐρείκω τὸ σχίζω οὕτω Διογενιανός.* Plura Diogeniani propria e scholiis Lucianeis certissimis argumentis usus expiscari nequeo (vide p 12). Ipse vero vides, in quam brevem formam hoc Luciani scholion redactum sit. Licet sane scholion Gregorianum ex ipso Diogeniani libro deprom-

tum sit. Luciani autem scholion utrum e Diogeniano ipso an e compendio grammatico manaverit, disceptare nequeo.

## b. De Polluce scholiorum auctore.

Quamquam scholiastae *ΓCVOΩΔ* p 66,10 et *CVΩΔ* p 78,13 auctore indicato Pollucis locos transscripserunt, tamen spes voto non stat permulta scholia ad Pollucem reduci posse. Duo tantum scholia huic certo praeterea debentur:

schol *Γ2CVMOUΩ* p 37,21 = Poll III 54,

„ *VΔ* p 233,8 = Poll IV 145, 138.

Jam quaerendum est, utrum scholiastae Byzantini Pollucem ipsi appetiverint an haec quoque scholia ut ceterorum longe maximam partem ex commentariis illis antiquioribus deprompserint. Cum illud argumentis comprobare nequeam, huic nihil repugnet, colligo Pollucis onomasticon multo ante Arethae tempora (vide Bethei praef in Poll V eqs) h. e. saeculo fere VII in eam formam contractum fuisse, in quam contractum posteritati traditum est.

## c. De Aelio Dionysio et Pausania.

### α. Quid his certo addici possit.

Cum Lucianus antiquorum scriptorum Atticorum sermonem imitari periclitatus sit, conicere licet eius interpretes praeter Pollucem alios quos dicimus Atticistas adisse. Freyer, qui in Stud Lips V p 239 cett hanc quaestionem primus movit, non pauca scholia Lucianea Aelio Dionysio et Pausaniae vindicavit. Sed praeterquam quod eius opinio male fundata est (Cohn in Philol Anz XV (1885) p 49), argumenta eius nimis lubrica sunt quam ut persuadeat cuiquam. Nam si quae scholia cum Hesychio, Photio, Suida conspirant, quorum fontes principales Aelium Dionysium Pausaniamque esse falso confidit, affatim ostendisse sibi videtur haec eis deberi. Unum tantum scholion h. e. a scholiastis *EVγΩΔ* et *Δ* Lexiph 6 (p 196,26) ascriptum firmissimo fundamento subnixus Aelio Dionysio et Pausaniae addicere possum. Scholiasta *Δ* alio fonte usus atque

*E Vφ Ω* vocem *ἀβυρτάκη* sic interpretatur: *ἀβυρτάκη· ὑπότριμμα βαρβαρικὸν κατασκευαζόμενον διὰ πράσων καὶ καρδάμων καὶ ῥόας κόκκων καὶ ἑτέρων τοιούτων δριμέων. Θεόπομπος Θησεῖ·*

*ἥξει δὲ Μήδων γαῖαν, ἔνθα καρδάμων*
*πλείστων ποιεῖται καὶ πράσων ἀβυρτάκη.*

*ἔστι δὲ καὶ ἐν Κεκρυφάλῳ Μενάνδρου τοὔνομα.*

Hoc Dionysii proprium esse Eustathius his verbis testatur: *ὡς αὐτὸς Διονύσιος λέγει* (fr 3 Schw). Apud hunc autem versus Theopompeos haec verba subsequuntur: *Παυσανίας δὲ καὶ ἀπὸ σιναπέως καὶ σταφίδων εἶναί φησι τὸ τῆς ἀβυρτάκης ὑπότριμμα, ᾧ καὶ πρὸς κοιλολυσίαν ἐχρῶντο.* His cum verbis Atticistarum scholion *E Vφ Ω Δ* contendas: *ἀβυρτάκη σκεύασμα βαρβαρικὸν διὰ καρδάμου καὶ πράσων. Νυμφόδωρος δὲ ἐν τρίτῳ Βαρβαρικῶν νόμων φησίν, ὡς λυτικῷ κοιλίας χρῆσθαι τούτῳ τοὺς βαρβάρους.* Huius scholii pronuntiatum prius e Dionysio, alterum e Pausania sumptum esse primo conspectu videtur. Sane quidem utrum scholiastae Atticistarum libros exscripserint an lexicon Seg VI asservato amplius adierint (cf glossam LBachm I 6,12) discreptare nequeo.

### β. Atticistis quae falso adiudicata sint.

Jam praevertamur ad Freyeri argumenta recensenda.

Quae scholiasta *Δ* p 105,5 de vocum *γέλοιος* et *γελοῖος* discrimine ascribit, ab Aelio Dionysio primo excogitata esse Freyer p 264 perperam contendit. Sed ne acta agam, ad Cohnium p 50 relego.

De scholio *E C R Vφ U Δ* p 210,27 supra (p 24) egi (cf Freyerum p 274).

Grammatici antiqui vocem *Πνύξ* aut explicabant *διὰ τὸ πεπυκνῶσθαι ταῖς οἰκήσεσιν* ut schol Aesch I 81, lex Seg V in BA I 292,30 aut *ἀπὸ τοῦ πυκνοῦσθαι τοὺς ἄνδρας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ* ut schol (R) in Ar. Ach 20, schol Luc *Γ C V O Ω Δ* 61,17. Cum vero utramque nominis interpretationem praebeant Photius s *Πνύξ*, schol (R) in Ar Eq 42, scholion R in Plat Criti 112 A, unum grammaticum eam vocem in utramque partem explanasse suspicor. Et cum p 22 ostenderim Luciani

interpretes intitutiones Atheniensium publicas lexico Seg V simili usos enarrasse hoc scholion ex eo lexico manasse censeo, cuius epitome Seg V exhibet glossam mutilam. Cum vero inter viros doctos constare videatur in lexico Seg V neque Aelii Dionysii neque Pausaniae vestigia apparere (F de Stojentin in Fleck Ann CXIX (1879) p 122 et Cohn in Suppl Ann XIII (1884) p. 825), Freyer p 319 scholion Lucianeum Atticistis falso attribuit. Cum ea, quae scholiastae Lucianei *BCUΩ* de iudicum Atheniensium usu suffragia ferendi ad Pisc 21 (p 133,30) ascripserunt, cum scholio Aeschineo re conveniant, verbis discrepent, Freyer „ut Atticistis ista tribuat, luculento hoc scholiastarum consensu adducitur.“ Sed longe a vera ratione recedit. Nam cum et Harpocratio s *τετρυπημένη* et scholiastae Luciani *CUΩ* Aeschinis Timarchea testimonio utatur, glossa mutila lex Seg V in BA I 307,18 eadem docuisse videatur quae hi, scholia ut Aeschineum ita Lucianeum ex lexici Seg V patre profecta esse censeo.

Scholion 138,12 ex Atticistis fluxisse Freyer p 320 mihi non persuasit. Nam scholion vilius esse censeo quam ut eius fons eruatur.

Freyerum sequi nequeo, qui p 313 eqs autumat scholion Al 4 (p 180,28) *BCVφΩ*, quod est de Cercopibus aliisque hominibus nefariis, Atticistis deberi. Sane quamquam ei concedo scholiastas eos auctores, quibus testibus utuntur, non ipsos inspexisse et exscripsisse, tamen levitatis est sumere propterea, quod Luciani scholiastae Aelium Dionysium et Pausaniam adhibuerint, hoc quoque scholion eis vindicandum esse. Freyerum iam propterea sectari nequeo, quod Harpocratio s *Εὐρύβατον*, *Κέρκωψ*, *Φρυνώνδας* nonnullas harum historiolarum ex fontibus antiquioribus haustas in lexicon suum recepit. Quamquam huius glossa *Κέρκωψ* proxime accedit ad scholiastarum verba p 181,6 eqs, tamen non colligo scholion ex Harpocrationis libro ampliore vel integro emanasse. Potius cum e glossa *Φρυνώνδας* effici videatur ei librum suppetivisse, cuius auctor de hominibus sceleratissimis egerat, nil impedit sumere et Harpocrationis glossam vel glossas et scholion ad

eundem fontem redire. Atque cum Suetonius Tranquillus in libro *περὶ βλασφημιῶν*, cuius rudera vilia Miller in Mél de litt greque p 413 e scriniis monasterii Athoi in lucem protraxit, de hominibus quoque sceleratissimis egerit, fortasse sunt, qui hoc scholion Suetonio similive auctori addicant.

Sane multum inter hoc et cetera scholia Luciani interest. Nam cum plurima toties totiesque retractata in brevissimum contracta sint et rarissimo fiat, ut auctorum testimonia afferantur, hoc eis quasi oneratum est. Scholion, quod codicibus *B C V φ Ω* traditum ad Arethae exemplar Luciani redire videtur, huius fortasse aetate vel paulo ante in Luciani scholiorum compagem irrepsit. Atque cum praeter Pherecydem, Xenagoram, Demosthenem, Comicorum testimonia proferantur, scholion ex comicorum ac forsitan ex Aristophanis commentariis profluxisse censeo. Sed haec est mera coniectura (v cap V) Suetonius de eis haec narrat (p 416 Mill):

*Εὐρύβατος ὁ πανοῦργος καὶ Εὐρυβάτης ὁ αὐτός. Ἦν δὲ Ἐφέσιος ὑποχείριος Κροίσου, ὃς αὐτομολήσας ὡς Κῦρον καὶ προδοὺς τὰ τοῦ Κροίσου ἀπόρρητα, αἴτιος ἐγεγόνει τῆς πορθώσεως τῶν Σάρδεων· Ἀριστοτέλης δ᾽ἐν πρώτῳ Περὶ δικαιοσύνης κλέπτην αὐτὸν γεγονέναι φησὶν ἁλόντα καὶ δεθέντα καὶ δεῖξαι προτραπέντα παρὰ τῶν φυλάκων, ὅπως διὰ τῶν τοίχων ἀνιὼν εἰς τὰς οἰκίας παρέρχοιτο. λυθεὶς οὖν ἐγκεντρίδας ὑποδησάμενος καὶ τοὺς σπόγγους λαβών, ἀνέβη δὲ ῥᾷστα καὶ τὸν ὄροφον ἐξελθὼν φυγὰς ᾤχετο.* cf comm in Hermog ed Rabe in Mus Rhen LXIII (1908) p 140.

p 417: *Φρυνώνδας· ἐπὶ πανουργίᾳ καὶ κακοηθείᾳ περιβόητος. Κέρκωπες οἱ πανοῦργοι καὶ ἀπατηλοί· καὶ κερκωπία, ἡ ἀπάτη κατὰ τὸν Σιμωνίδην.*

Scholion *Vφ* Philops 3 (p 162,15) ad Atticistas redire Freyero non concedo (p 309). Recte quidem vidit scholion Lucianeum ex libro descriptum esse, qui — scholiastae agunt de Coroebo et Margita de fatuis erat. Hunc fontem Atticistarum libros fuisse propterea non credo, quod Eustathii loco (comm in Od p 1699,44), ex quo argumentum duxit, vis argumentandi deest. Errat enim Freyer, qui sumit Eustathium

ibi, ubi testimoniis *τῶν παλαιῶν* utatur, non nisi Aelium Dionysium Pausaniamque dicere. Cohn enim me docet (Philol Anz XV p 51) Eustathium ut veteres Graecos et Athenienses ita auctores lexicorum rhetoricorum, interpretes Homeri, Aristophanem Byzantium, Suetonium, Herennium Philonem, Athenaeum, Herodianum, Choeroboscum, alios *παλαιοὺς* dicere. Cum libri *περὶ βλασφημιῶν* caput Suetonius fatuis tractandis dedicaverit, veri simile esse censeo hoc quoque scholion e Suetonio in scholia Lucianea transfluxisse. Capitis *εἰς μωροὺς καὶ εὐήθεις* haec vilia superstita sunt (p 422 Mill) *Κόρβεος* (sic pro *Κόροιβος*) *ὁ εὐήθης· ἀπὸ τοῦ Ἀμυγδῶνος* (l *Μυγδόνος*). *Φρύγος τὸ γένος, ὃς δοκεῖ ὕστατος τῶν ἐπικούρων ἀφικέσθαι τῷ Πριάμῳ δι' εὐήθειαν. Μαργίτης· ὁ ἄφρων· ἀπὸ τοῦ μαργαίνειν, ὅ ἐστι μωραίνειν.*

Commentationi suae Freyer adiecit epimetrum, quod Cohn p 51 ein wunderbares Produkt leichtfertiger Unkritik dicit. Et profecto argumentis eius vis argumentandi et ratiocinandi tota deest. Quo iure scholion *RCV* Peregr 9 (p 215,30) et scholion *ΓCVΦΩΔ* Gall 9 (p 90, 7) ex Atticistarum libris profecta esse p 387 et 388 asseveret, plane non intellego. Hoc e Photii fonte derivatum esse p 12 demonstravi.

Nec facio cum eo, qui p 387 contendit, argumentis non comprobat scholion Adv Ind 5 (p 152,14) ex eisdem auctoribus fluxisse. Nam argumentum satis infirmum hic affert: Dionysius Atticista (fr 311 Schw) refert buccis equorum senectute defatigatorum signum rotae simile inustum esse. Scholiastae *Γ2CVφΩΩ* autem narrant equis nobilissimorum generum in cruribus signa *K* et *C* inusta esse. Ex utroque loco collato plane efficitur scholion de Aelio Dionysio non pendere.

Ad Mort Dial XII (XIV) 2 scholiastae *ΓUΩ* haec adscripserunt (p 256,19): (*γέρρα οἰσύινα*) *πλεκτὰ ἀπὸ οἰσύας. οἰσύα δέ ἐστι φυτόν, ἀφ' οὗ πλέκονται τὰ καλάθια.* Scholiastae *BN* haec: *γέρρα οἰσύινα· οἰσύα γένος τι ἰτέας, ἀφ' ἧς ἔπλεκον τὰ κανᾶ. ἐκ τούτων δὲ καὶ τὰ γέρρα. σκεπαστήρια ταῦτα πολεμικά, οὐ κυκλοτερῆ δὲ ὡς αἱ ἀσπίδες, ἀλλὰ τετράγωνα, καὶ οὐδὲ ταῖς παρατάξεσιν ὑφ' ἑκάστου στρατιώτου φερόμενα ὡς αἱ ἀσπίδες, ἀλλὰ τοῖς σταθμοῖς καταπηγνύμενα ἢ εἴπερ ἄρα ἐξόπισθεν τῆς παρατά-*

*ξεως ὡς σκέπη ἐσόμενα τῇ στρατοπεδείᾳ ἀπὸ τῶν ἀπὸ τῆς παρατάξεως φερομένων βελῶν.*

Scholiastae *ECVφUΩ* ad Anach 32 (p 170,11) haec ascripserunt. *(γέρρον)· τετράγωνον σκέπασμα ἐκ στερεᾶς βύρσης, ᾧ ἀντὶ ἀσπίδος ἐχρῶντο Σκύθαι ἐν τοῖς πολέμοις σκεπόμενοι. φέρεται δὲ καὶ ἐπὶ ἄλλων σημαινομένων παρὰ τοῖς παλαιοῖς. παρ' Ἐπιχάρμῳ*[1] *μὲν γὰρ γέρρα [τ Νάξια εἴρηται ἐπὶ τῶν αἰδοίων, Ἀλκμὰν δὲ ἐπὶ τῶν οἰστῶν τέθεικε τὴν λέξιν. Δημοσθένης δὲ ἐπὶ τῶν σκηνωμάτων καὶ τῶν περιφραγμάτων οἷον· καὶ τὰ γέρρα ἐνεπίμπρασαν. καὶ παρ' Αἰγυπτίοις δὲ τὸ κατὰ τὸ Πηλούσιον καλούμενον διὰ τοῦτο ὠνομάσθη. ἐπεὶ σκηνώματά ἐστιν, ἐν οἷς παραφυλάττοντες τὰς εἰσόδους διατρίβουσιν. Καὶ Ἀριστοφάνης ὡς ἐπὶ φυλακῆς τινος καὶ μόχλου τροπικῶς παρέλαβε τὴν λέξιν.* Addit E: *τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ ἐν τοῖς Ἀγρίοις Φερεκράτους· γέρροις ἀποσταυροῦνται.*

Glossas Hesychii *γέρρα· τὰ σκεπάσματα πάντα ἢ τὰ δερμάτινα σκεπάσματα* et *γέρρα· τὰς σκηνὰς καὶ τὰ γυναικεῖα καὶ ἀνδρῷα αἰδοῖα γέρρα[ς* Schmidt in Quaest Hes p 91 ad schol R in Plat Lach p 191 C respiciens Diogeniano vindicavit. Quas et scholion Lucianeum tertio loco exscriptum ad eundem fontem redire primo obtutu apparet. Sed scholiographos, quod quinque auctorum testimonia afferunt, ne amplius quidem Diogeniani opus adhibere potuisse constat. Nam ex epistula, quam Hesychius ad Eulogium familiarem praemisit, discimus Diogenianum testimonia veterum omisisse. Similiter Aelius Dionysius et Pausanias hoc verbum interpretati sunt. Quorum fr 105 Schw haec docet: *Παυσανίας γράφει οὕτω· γέρρα· σκηνώματα καὶ Περσικὰ ὅπλα, καὶ τὸ τῶν ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν μόριον καὶ περιφράγματα. Αἴλιος δὲ Διονύσιος, ὅτι γέρρον καὶ οἱ περιπεφραγμένοι τόποι καὶ ἀσπίδες Περσικαὶ ἐκ λύγων καὶ οἰσύινοι· καλοῦσι δέ φησιν οἱ κωμικοὶ καὶ τὸ ὡς ἐρρέθη γυναικεῖον.* Tertii scholii verba cum Atticistarum verbis nescio quo pacto cohaerere facile cognoscitur, sed scholion ex utriusque verbis conflatum esse nec Freyero p 386 nec Schwabio (vide

[1]) Crusius in Suppl Philol VI (1893) p 283 ad hoc Epicharmi fragmentum adnotat: Aus ähnlicher Quelle Nonius p 118,27 M.

adn ad fr 105) concedo. Nam cum Harpocratio s *γέρρα* eodem Demosthenis loco e Ctesiphontea 169 sumpto testimonio utatur ac scholiographi, scholion non redit ad Aelium Dionysium Pausaniamque, sed ad grammaticum qui ante hos et Harpocrationem floruit. Cum scholion primo loco exscriptum ad verbum fere cum glossa lex Seg VI apud Bachm I p 315,19 concinat, iudico ea scholia omnia, quibus *γέρρον* explicatur, e lexico profluxisse, cuius nunciam exstat epitome lex Seg VI.

Appendicis loco breviter agam de scholio *Δ* Abdic 6 (214, 8). Glossas Photii *παράλογον* et — *ος*, quae ad verbum fere conveniunt cum Suidae glossis et cum hoc scholio Lucianeo, Wentzel in Herm XXX (1895) p 380 ex Aelio Dionysio sumptas esse censuerat. Sed cum initio lexici Photii reperto eius argumentationes Reitzensteinio iudice totae corruerint (praef p 39), scholion ex Dionysii fragmentis eximendum est (vide supra p 21).

## d. De enchiridio grammatico scholiastarum fonte.

His demonstrasse videor e scholiis Lucianeis duo tantum ad Aelium Dionysium Pausaniamque reduci posse, ea, quae Freyer eis tribuit, aut e lexico rhetorico aut e lexico Seg VI quondam ampliore aut fortasse e Suetonio profecta esse aut incertorum auctorum esse. Ex enchiridiis in grammaticorum usum perscriptis ea scholia derivata esse mihi videntur, quae apud grammaticos antiquiores Phrynichum, Aelium Dionysium, Pausaniam, Pollucem, alios sui similia habent.

p 26,26 *Δ* cf Poll IV 104, VII 76 Hes Phot s *Ταραντῖνον*, Sui s *ταραντινίδιον*.

p 28,11 Γ cf Tim soph s *κατῇρεν* Hes Phot Sui s *καταίροντες*.

p 29,23 *ΓVMOUΩΔ* cf Harp s *ἑωλοκρασία* LBachm I 246, 2 BAV 258,12 Hes Phot Sui s *ἑωλοκρασία* Sueton p 328 Reiff Eust p 1451,55, comm in Hermog ed Rabe in Mus Rhen (1908) LXIII p 138.

p 44,2 *ΓCVφOUΩΔ* cf Poll I 93 Phryn in BA I 12,31 Hes s *ἀποβάθρα*.

p 44,23 *ΓVφOUΩΔ* cf Poll VIII 71 schol R Ar Plut 476 Hes Phot s *τύμπανον*.

p 46,13 *ΓCVOΩΔ* cf Poll V 92 Hes s *σποδεῖν* Phot s *σποδοῦν*.

p 61,3 *CVOΩΔ* cf Poll IV 62 Paus fr 234 Schw Schol R in Plat Reip p 531 *B* Tim soph s *κόλλαβοι*, Antatt in B A I 102,33 Schol Ar Vesp 574 Hes s *κόλλαπες*.

p 82,20 *ΓVΩΔ* cf schol in Apoll Rh I 564 Hes s *προτόνοισιν* Sui s *πρότονος* Et M p 691,14.

p 90,1 *ΓVΦΩΔ* cf Herodian II 517,36 Lentz Moer 182 P lex rhet p 239 Schwabe Phryn in BA I 42,2 Hes s *ἠπίαλος*.

p 92,3 *ΓφΩΔ* cf Poll IV 47 Hes Phot Sui s *σοφιστής* (cf schol *MSΩ* Vind 114 p 175,4).

p 124,20 *CVφUΩ* cf Poll IV 118, VII 47, schol (R) Ar Vesp 444, Eust comm Il p 1166,55 (Aelii Dionysii proprium?) Hes Sui s *ἐξωμίς* Et M p 349,43. Falso Freyer p 264,3 scholion Aelio Dionysio tribuit.

p 163,3 *CVφ* cf Poll VII 88 Hes Phot s *καρβατίνη* Sui s *καρβάτιναι*.

p 202,3 *ECVφΩΔ* = fere Poll V 168 Erotian Lex 562 Franz Hes Phot s *σκορδινᾶσθαι* Moer p 342 P schol in Ar Ach 30.

p 247,13 *V* cf Paus fr 287 Schw Athen X 455 E Herod II 930,30 Lentz schol in Ar Ach 507.

p 258,8 *BCφMNΩ* cf L Bachm I 53,20 Poll VII 42 Ael Dionys fr 29 Schw Phryn p 91 L Moer p 48 P Hes s *ἀκέστρια* Phot s *ἠπητήν* Sui s *ἀκέσασθαι* Et M p 46,34.

p 261,23 *ΓBRNΩ* cf Poll II 77 Schol R in Ar Plut 293 Hes s *κινάβρα* Et M p 515,1.

p 262,21 *B* = Poll I 241 cf Moer p 257 P schol in Apoll Rh II 843 Ar Plut 586 Hes s *κότινος*.

p 277,12 *CVMN* cf Moer p 151 P Tim soph Hes Sui s *ἑταιρίστριαι*.

p 278,9 *CRVMNSU* cf Poll VI 33 Hes Sui s *ἔνθεσις*.

## e. De Aristophane Byzantio scholii auctore.

Jam accedam ad scholion *BCVMNUΩΔ* Phal II 1, quo p 7,5 sparsius exponitur, quantum intersit inter *ξένος, ἰδιό –, πρό –, δορύξενος.*

Aristophanes Byzantius in libro *περὶ τῶν πολιτικῶν ὀνομάτων* (Fresenius, de *λέξεων* Aristophanearum et Suetonii excerptis Byzantinis p 126) primus de his nominibus publicis egit. Scholiastarum interpretationes vocum ad eum redire ex Aristophanis fr 37 N collato cum scholio plane efficitur. Sed ut utrumque commodius comparare posses, ordinem sententiarum inverti, futilia omisi.

Aristophanis fr 37 sic incipit:
*ξένοι λέγονται οἱ ἐξ ἑτέρας πόλεως ἐς ἑτέραν ἐπιδημοῦντες· ἰδίως δὲ πάλιν τινὸς ξένοι, οὓς ἐν τῇ ἰδίᾳ τις ὑπεδέξατο οἰκίᾳ καὶ συγκατέπραξε τὰ χρήσιμα.*

schol sic excipit p 8,3:
*ξένους δὲ ἁπλῶς τοὺς ἐξ ἑτέρας πόλεως παρεπιδημοῦντας, ἐάν τε ἀγνῶτες ὦσιν ἐάν τε ἐγνωσμένοι, τοὺς δὲ ἰδίως ξένους τινός, οὓς ἐν οἰκίᾳ τις ὑποδέξαιτο καὶ συμπράξειέ τι τῶν χρησίμων ἢ μηνύσειε τῶν ἀπορουμένων.*

De proxenis haec docet:
*πρόξενοι δὲ καλοῦνται οἱ κατὰ δόγμα πολιτικὸν προστάται πόλεων ὅλων γινόμενοι καὶ φροντισταὶ [οὓς καὶ οἱ ἀγνοοῦντες ταῖς ὄψεσι διαπυνθάνονται καὶ ἐπιζητοῦσι]*

Scholiastae p 7,16 haec:
*ἕτεροι δὲ προξένους μέν φασι τοὺς κατὰ δόγμα πολιτικὸν προστάτας ὅλων πόλεων γινομένους,* (cf schol Ar Av 1021).

de idioxenis haec:
*ἰδιόξενοι δέ εἰσιν οἱ ἐκ πλείονος χρόνου, τυχὸν δὲ καὶ ἀπὸ πατέρων παραδοχῆς, τηροῦντες ἀλλήλοις ὁμόνοιαν, κἂν τῇ οἰκήσει καὶ ταῖς πατρίσιν ἀλλήλων ἀπέχωσιν, οἳ καὶ διὰ σφρα-*

*ἰδιοξένους δὲ τοὺς ἐκ πλείονος χρόνου ἢ ἐκ πατέρων παραδοχῆς τηροῦντας ὁμόνοιαν, κἂν πολὺ ταῖς πατρίσιν ἀπέχωσιν· οἳ φαίνονται καὶ σφραγῖδας ἀλλήλοις δεικνύντες καὶ σύμ-*

| | |
|---|---|
| γίδων καὶ ἄλλων συμβόλων ἀλλήλοις δύνανται ὁμιλεῖν καὶ οὓς βούλονται συνιστᾶν. | βολά τινα ποιούμενοι, ἵνα, οὓς ἂν πέμπωσιν ἀγνῶτας οἷον υἱοὺς ἢ οἰκείους, προςδέχωνται ἅτεροι διὰ τὰ σύμβολα. |
| δορύξενοι δέ, ὡς εἰκός, οἱ κατὰ τὸν πόλεμον ἀλλήλους φιλοποιησάμενοι. | φασὶ δὲ καὶ δορυξένους οὗτοι τοὺς κατὰ πόλεμον ἀλλήλους φιλοποιησαμένους ὡς Διομήδης Γλαῦκον. |

Cum scholion toties proxime accedat ad Aristophanis Byzantii doctrinam, sumo Glauci et Diomedis doryxenorum exemplum ab eodem excogitatum esse. Itaque, si recte hoc se habet, scholion BLV in Hom Δ 377 ad eundem reduco. Est enim: ξένος καὶ ὁ δεχόμενος καὶ ὁ δεχθείς· ξεῖνος γάρ μοί ἐστι (ϑ 208). πρόξενος ὁ ὑπὸ πόλεως ἠξιωμένος ὥς τε (ἐν τῇ σφετέρᾳ) προίστασθαι αὐτῆς. ἰδιόξενος ὡς ὁ Μέντωρ τῷ Τηλεμάχῳ. ἀστόξενος ὁ ἐκ προγόνων ἐπιχώριος ὡς Ἀτρεὺς Φρυξὶ (καὶ Τεῦκρος Τρωσί). δορύξενος ὡς Γλαῦκος καὶ Διομήδης.

Scholiastas Lucianeos scholion ex Aristophanis Byzantii libro ipsos non deprompsisse ex usu dicendi (p 7,16, 23) cognoscitur. Potius cum scholii initio νεώτεροι τῶν ῥητόρων proferantur, veri simile est hoc scholion totum e lexico rhetorico profluxisse. Atque cum frivolae admodum ac leves glossae lex Bachm I 156,7 et 260,3 Aristophanis doctrinam olim reddidisse videantur, fortasse erunt, qui censeant scholion Lucianeum e lexico Seg VI quondam pleniore derivatum esse.

## f. De Didymo scholiorum auctore.

Scholiastae *EVφΩΔ* Lexiph 21 (p 202, 5) ut, quae sit vis vocis σιληπορδία, interpretentur, Sophrone teste utuntur. Concicio hoc scholion intercedente vel enchiridio grammatico vel commentario in comicum poetam scripto ad Didymi λέξιν κωμικὴν redire. Et profecto eius doctrinae certa vestigia duo inter haec scholia invenisse videor.

Scholiasta Δ ad Gall 17 (91,19) haec ascripsit: ὦ τάν]· σημαίνει τὸ ἑταῖρε καὶ γίνεται παρὰ τὸ ἔτης, ὃ σημαίνει τὸν συγγενῆ· „κασίγνητοί τε ἔται τε“ (Π 456). ἐξ αὐτοῦ γίνεται ἐτητάν, ὡς

*μέγισιος μεγισιάν, καὶ ἐν συγκοπῇ ἐιάν καὶ κλητικῶς ὦ ἐτάν καὶ ἀποβολῇ ιοῦ ε̄ <ὦ> τάν.* Hoc scholion esse Aelii Dionysii aut Pausaniae Giesing in libro de scholiorum Platonis fontibus scripto p 35,1 perperam iudicat. Sane quidem ut hanc opinionem argumentis fulciret, scholia Lucianea non strictim, sed diligenter et accurate inspicere debuit. Scholion Lucianeum Didymi doctrinam reddere scholio RS in Plat Apol 25 C illustratur. Est enim: . . . *Δίδυμος δὲ τὸ πλῆρες εἶναι φησιν ὦ ἔταν, ἀγνοῶν ὡς ἀπὸ τοῦ ἔτης ἡ κλητική ἐστιν ἔτα καὶ Δωρικῶς ἔταν.* Scholion Apoll Rh I 305 ex scholii Lucianei fonte fluxisse certum est.

Ea quoque, quae scholiastae *ΓVMΩΔ* ad Tim 54 (119,2) ascripserunt: *βρῶμα Λύδιον ἐξ αἵματος ἡ καρύκη* ad Didymum redeunt. Qui *ἐν κωμικῇ λέξει* (p 28 Schmidt) docuit *καρύκην* fuisse *Λύδιον βρῶμα ἐκ πολυτελοῦς σκευασίας συγκείμενον.* Scholion aliquantulo discrepare a Didymi doctrina ipse vides. Quam discrepantiam sic explico. Cum demonstrare nequeam scholiastas Luciani Didymi *κωμικὴν λέξιν* ipsos appetivisse, sumo eos fonte quodam secundario usos esse. Et profecto glossa LBachm I 268,19 huic opinioni praesidio et argumento est. Quae est: *καρύκη βρῶμα Λύδιον ἐξ αἵματος καὶ ἄλλων τινῶν ἀρτυμάτων, οἷον ἐκ φοινίκων καὶ μέλιτος· ἀφ' οὗ καὶ τὸ συνταράττειν τι καὶ ἀναδεύειν καρυκεύειν φασίν.* Scholiographi, qua erant incuria ac pigritia, glossam primam exscripserunt, cetera neglexerunt. Sane e frustulis Didymi nomine ornatis cognosci nequit hunc expresse docuisse ad *καρύκην* comparandam sanguinem adhibitum esse. Sed quis est qui a magistellis illis Byzantinis, qui Didymi doctrinam posteritati satis vilem tradiderunt, incuriae rationem reposcat?

Breviter repetam, quod evicisse videor. Demonstratum est Luciani scholia grammatica longe plurima e promptuariis rhetoricis profluxisse. Atque repperimus maximam quidem partem vel ea scholia, quae certis auctoribus debentur, ex horum ipsis libris non deprompta, sed e lexicis rhetoricis hausta esse. Cum vero in brevissimum redacta legantur, haec omnia e commentariis VI fere saeculi in libros Byzantinorum

aetate scriptos transfluxerunt. Cercopum tantum scholion, quod commentario in comicum quendam scripto intercedente fortasse ad Suetonium redit, a specie atque indole ceterorum scholiorum alienum Arethae fere temporibus in Luciani codices pervenisse credo.

---

Caput III.

## De scholiis mythographis.

Luciani scholia mythographa variae naturae et auctoritatis sunt. Quorum plurima tam anxie memoriam vulgarem sectantur aut tam brevia sunt, ut eorum fontes erui non possint. Silentio praeteriri possunt. Forsitan e libris in usum scholarum scriptis hausta sunt. Alia tam reconditae et inauditae doctrinae sunt, ut primo obtutu suspecta et a falsario quodam conficta esse videantur. Cum vero variae indolis scholia, quae vix ab uno excogitata sunt, mire a memoria vulgari abhorreant, nihil impedit sumere ea e fontibus remotis manasse. Tum nonnulla sunt, quae ex eis fontibus, quos adhibuit Pausanias, derivata esse censeo. Ac deinde cognoscitur scholio *ΓC VOΩΔ* (p 65,1) partem indicis mythographi asservatam esse.

Scholia mythographa, cum maximam partem in codicibus vetustissimis exstent, ut scholia grammatica e commentariis VI fere saeculi in libros Byzantinorum aetate scriptos transfusa esse probabile ac veri simile est. Commemoratu dignum est in codice Barocciano 219 f 255 r (Cramer *AO* III p 412), qui Cohnio iudice saeculo XIV exeunte exaratus est (Suppl Philol VI (1893) p 228), nonnullas fabulas exstare, quae in brevius contractae cum Luciani scholiis mythographis mire conveniunt. Ac iam prona nascitur quaestio, utrum ex scholiis Lucianeis an ex horum fontibus haustae sint. Codicis autem scriba, cum nonnulla alia praebeat, quae Luciani interpretum propria sunt, haud dubie scholia Lucianea codice nescio quo tradita excerpsit. Qua re Barocciani memoriam auctoritate carere sua sponte apparet. Scholiorum mythographorum

fontes indagaturo quattuor scholiorum subscriptiones viam monstrant. Sed caute his ducibus utamur.

Quae scholiastae *ECR VφUΩ* ad libellum de Salt 38 (p 188,14) de Deli insulae errore et de Latonae partu adnotant, cunctis testantibus e Callimachi hymno [IV 35 eqs] hausta sunt. Ea autem quae scholiastae *BCVΩ* dial mar IX (X) 1 (p 267,8) de eisdem rebus ascribunt, e serioris aetatis fontibus confluxisse p 45 ostendam.

Scholiastae *ΓVφΩΔ* Icarom 23 (p 106,26) mire exponunt, quomodo fabula de Oto et Ephialte intellegenda sit. Hos philosophos Thessalos primos periclitatos inquirere, quantum sit intervallum inter lunam terramque, solem lunamque, de Ossa, Pelio, Olympo alio super alium exstructis deiectos esse. Scholiasta *Δ* teste Demo hanc allegoriam excogitavit. Sane de hac femina docta Usener in Mus Rhen XXVIII (1873) p 414 et Ludwich in Festschr. f. Friedländer p 296 eqs contrarie iudicaverunt. Nam cum ille sumpsisset ea pauca fragmenta, quae Demus nomine ferrentur, quinto fere saeculo a falsario quodam feminae praeclarissimo nomine ornatae subdita esse, hic firmis ut opinor argumentis p 315 probavit eam re vera sub finem V saeculi vixisse. Verum utut res se habet, cum ei commentarii, e quibus nostra Luciani scholia profecta sunt, eadem fere aetate orti sint, eorum auctores hoc scholion ex Demus illo libro excepisse credo.

Ad Gall 19 (p 92,16) in *VφΩΔ* haec adscripta sunt: *λέγεται τὸν Καινέα ἐκ γυναικὸς εἰς ἄνδρα μεταβαλλόμενον καὶ γενναιότατον γενέσθαι, ὑπὸ Κενταύρων γε μὴν ὀλέσθαι ἐλάταις ἀλοώμενον.* addit *Δ*: *ὥς φησιν Ἀπολλώνιος ἐν Ἀργοναυτικοῖς.* Huius fabulae auctor Rhodius non est. Narrat enim I 59 Caeneum, quo Coronus non melior fuisset, a Centauris lignis pineis concussum sub terram submersum esse. Itaque cum Apollonius de Caenidis mutatione sexus reticeat, quaeritur, unde Luciani interpretes eius notitiam hauserint. Quia Apollonii scholiastae praeter alias hanc quoque partem fabulae illi loco ascripserunt, scholion Lucianeum ad scholion Apollonii Rhodii vel ad similem fontem redit. De altero Caenei scholio p 41 agam.

Testimonium scholiastae Δ scholio Gall 1 (p 86,13) subscriptum fide et auctoritate carere scholio ipso perlustrato cognoscitur. In codicibus VΔ haec leguntur:
*τὸ χρυσόμαλλόν φησι δέρος, ὃ Φρίξου μὲν ἦν τοῦ Ἀθάμαντος παιδὸς τοῦ παιδαγωγοῦ, ὃς Κριὸς ὠνόμαστο, δορά, τυθέντος δὲ κατὰ τὴν Κολχίδα γῆν καὶ ἐκδαρέντος. καὶ ἐπεί, ὡς ὁ μῦθος, χρυσόμαλλον εἶχε τὸ δέρος, δεδόσθαι εἰς φυλακὴν ὑπὸ δρακόντων φυλασσόμενον. ἐφ' ὃ ὕστερον Ἰάσων μετὰ τῶν ἄλλων Ἀργοναυτῶν ἀποσταλείς, ἐφ' ᾧτε κομίσασθαι καὶ πρὸς τὸ Ἄργος ἀποκαταστῆσαι, εἶτα Μηδείας τῆς θυγατρὸς μὲν Αἰήτου τοῦ βασιλεύοντος τῶν τόπων ἀδελφῆς δὲ Ἀψύρτου, ὃς ἐπεπίστευτο τὴν φυλακὴν τοῦ δέρους, διὰ τὸν πρὸς Ἰάσονα αὐτῆς ἔρωτα δόλῳ μὲν πατέρα μετελθούσης, Ἄψυρτον δὲ τὸν ἀδελφὸν ἀποκτεινάσης καὶ οὕτως συνεργησάσης Ἰάσονι αὐτό γε τὸ δέρος ληφθῆναι καὶ πρὸς τὸ Ἄργος διασωθῆναι.* addit Δ: *ἡ ἱστορία παρ' Ἀπολλωνίῳ ἐν Ἀργοναυτικοῖς.*

Hoc scholion ad Apollonii Argonautica non redire apertum est. Is qui scholion accuratius perlegerit, libenter concedet eius auctores complures fabulae formas confudisse. Scholii initium, ubi narratur Crium, Phrixi paedagogum, ab hoc servato in Colchide immolatum esse, e Dionysii Scytobrachionis Argonauti(ci)s profluxisse e scholiis Ap Rhod I 256, II 1144 discimus. Cum vero Luciani scholiastas haec Apollonii scholia excerpsisse non constet, in dubio est, qua via haec fabulae forma ad Luciani interpretes pervenerit. Quam Diodorum (IV 47,5), Heraclitum (de incred 24) cognovisse constat. Tum alterum fontem secuti scholiastae referunt vellus aureum compluribus draconibus custodiendum traditum esse, alterum Absyrto. Cum vero hoc utrumque memoriae vulgari repugnet, Rabe pro codicum lectione *δρακόντων* male *δράκοντος* proposuisse mihi videtur. Quis est, qui certo dicat, quis has fabulae formas excogitaverit? Sed fortasse erunt, qui suspicentur eas profectas esse e carminibus Romanensibus ea aetate ortis vel lectitatis, qua Quintus Smyrnaeus, Nonnus, Musaeus, Orpheus, Christodorus, Paulus Silentiarius hellenistarum, qui dicuntur, poetas imitati sunt.

Iam transeam ad scholia doctrinae exquisitae ac selectae. Scholiastae *ΓVMΩ* De sacr 1 (p 148,15) et similiter aut brevius *VOUΩΔ*, *ΓVOUΩΔ* Conv 31 (p 33,16) fabulam de Meleagri decessu narrant. Cum vero ceteri mythographi una voce doceant Meleagrum ligno combusto obisse, scholii auctores eam memoriam sectantur, secundum quam ligno flagrante exstincto decessit. Haec fabulae forma, quamquam apud Dionem Prusensem primum emergit (or 67,7 II p 171,12 v A), tamen ab hoc ipso non conficta est. Quem fabulae memoriam sua aetate notam sectatum esse e voce *φασί* plane perspicitur. Tzetzes ad Lyc 493 (p 178 Sch) eandem formam adnotavit. Haec fabulae forma ea cogitatione nititur vitam humanam sicut flammam exstingui. Eam II p Chr n saeculo vulgatam fuisse Riess in Mus Rh IL (1894) p 182 s ostendit.

Doctrina antiqua eaque bona scholion *ΓVOΩΔ* Jov trag 6 (p 59,11), quod est de Priapi genere, redundat. Est enim: . . . *καὶ Πρίαπόν τινα θεὸν εἶναι Ἕλληνες μεμυθολογήκασιν, ὃν οἱ μὲν αὐτῶν τὸν αὐτόν φασιν εἶναι τῷ Διονύσῳ ἐπιθετικῶς αὐτοῦ τούτου δῆθεν Πριάπου καλουμένου, ἄλλοι δὲ Διονύσου μὲν υἱόν, μητρὸς δὲ ἢ Ἀφροδίτης ἢ Διώνης. Μνασέας δὲ ὁ Παταρεὺς ἑρμαφρόδιτον τὸν Πρίαπον λέγει, ἄλλοι δὲ Ἀφροδίτης υἱόν, ἣ ἔρριψεν αὐτὸν εἰς τοὺς λειμῶνας ἐπὶ τῇ ἀμορφίᾳ τῶν μήδεων αἰδοῖ ἐχομένη· εἶχε γάρ, φασί, γλῶσσαν μεγάλην καὶ γαστέρα καὶ αἰδοῖον. λεχθῆναι δ' ἐπ' αὐτῷ, ὅτι σημαίνει τὸ ἄγαλμα αὐτοῦ, ὡς ὁ κρατῶν γλώσσης καὶ γαστρὸς καὶ μίξεως ἄμεμπτον ἕξει τὸν βίον.*

Scholii auctores, qui arroganter de Graecorum dis loquuntur (lin 12), diversas fabulae formas ipsos congessisse vix credibile est. Veri similius est scholion vel e codice scholiis amplius ornato vel e compendio mythographo fluxisse. Priapum ad Lampsacum ut Liberum adoratum esse constat (Jessen in Roscheri ML III 2977). Eum autem Libero et Venere ortum esse Demosthenes Bithynicus primus (Steph Byz s *Λάμψακος*) docuisse mihi videtur (cf Diod IV 6,1, Paus IX 31,2, schol Ap Rhod I 932 s). Atque cum Theocriti interpres I 21 Chionen Priapi matrem faciat, Luciani scholiastae eam Dionen appellant. Alibi (Diod IV 6,5, Lex Seg VI in LBachm I 173,16)

Priapus Hermaphrodito similis fuisse fertur, Luciani scholiastae soli Mnasea teste usi referunt eum Hermaphroditum fuisse. Eos verbis *ἄλλοι δὲ Ἀφροδίτης υἱὸν* usos eas memorias fabulares obscure significare credo, secundum quas Priapus Venere matre, diversis autem patribus h e vel Jove vel Mercurio vel Adonide ortus erat. Atque cum Suidas s *Πρίαπος* 3, Tzetzes Lyc 831, Westermanni Mythographus p 382 narrent Junonem Priapum in Veneris alvo latentem contactu deformem reddidisse, Luciani scholiastae hoc reticent, sed late describunt, quae haec membrorum deformitas fuerit. Cum Mnaseae testimonium afferatur, non est, cur ceteras fabulae formas a memoria vulgari alienas in suspicionem vocemus.

Subtili, non suspecta doctrina ea esse puto, quae scholiastae *ΓCVOΩΔ* Jov trag 8 (p 60,10) de Attide ascripserunt: *τὸν Ἄττιν Φρύγες σέβονται, τὸν αὐτὸν ὄντα τῷ Διονύσῳ φασὶ δὲ αὐτὸν καὶ θηλυδρίαν ὑπὸ Ῥέας τῆς τῶν θεῶν ἀποκοπέντα μητρός, ἐφ᾽ ᾧτε ἐρώμενον αὐτῆς ὑπάρξαι. ἔνιοι δὲ καὶ γνήσιον υἱὸν αὐτῆς ὄντα τοῦτο δι᾽ ἐκεῖνο παθεῖν αὐτόν φασι. τούτῳ οἱ ἱερατικῶς λειτουργοῦντες ἐκτεμνόμενοι πρότερον τὰ γεννητικὰ ἄρθρα ἀνετίθεντο οὕτως. διά ταῦτα καὶ νῦν παίζεται τοῦτο κατὰ πάντων εὐνούχων ὡς τῷ Ἄττιδι ἐπιτηδείων ἀνακεῖσθαι· ἁρμοδιώτερον δέ, εἰ κιναιδεύοιντο, καθότι καὶ αὐτὸς Ἄττις τοιοῦτος ἐπ᾽ ἀμφοτέρῳ τῷ φύσει ἐξειαζόμενος.*
Quamquam notum est Phryges Attin Liberi instar coluisse (Hepding, Attis p 214), scholii auctores eius castrati causam novam et inauditam proferunt (Hepding p 121). Idemque vir doctus p 104,7 coniecit scholii tertiam sententiam ad fabulam ei similem redire, quam Timotheus, antistes caerimoniarum Eleusiniensium, de Attide a Pesinuntibus culto confinxerat. E compluribus fontibus rivulos in hoc scholion confluxisse plane cognoscitur ac conicio eos e reconditis antiquitatum libris manasse.

Lepida ac grata ea sunt, quae scholiastae *ΓCVΦΩΔ* Gall 19 (p 92,11) de Caenidis mutatione sexus adnotaverunt: *ὁ Καινεὺς πρότερον, ὥς φασιν, γυνὴ ἦν. ἠράσθη ταύτης ὁ Ποσειδῶν, ἡ δὲ οὐκ ἄλλως ἔφη συγγίνεσθαι αὐτῷ, εἰ μὴ ὀμόσῃ*

*αὐτῇ πρότερον ποιήσειν, ὃ βούλεται. ὀμόσαντος δὲ τοῦ Ποσειδῶνος εἶπεν ὅτι ‚ἄνδρα με ποίησον'. ὁ δὲ διὰ τὸν ὅρκον ποιήσας οὐκ ἠδυνήθη συγγενέσθαι.*

Cum memoria vulgaris doceat Caenida, postquam cum Neptuno coisset, „pro stupri praemio sexus mutationem meruisse", hic scholiasta solus lepide narrat eam ante complexum venereum transformatam esse. Cumque comici poetae deos saepissime vehementer irriserint, conicio hanc fabulae formam e comoedia quadam deperdita depromptam esse [1].

Singularia scholiastae *ΓRCVφU* Deor conc 5 (p 211,14) de Icario ascripserunt: *ὁ Ἰκάριος οὗτος Ἀθηναῖος ἐγεγόνει γεωργός. τούτῳ φασὶ τὸν Διόνυσον δοῦναι τὸ κλῆμα πρώτῳ, ἀφ' οὗ Ἰκαρία ἡ πρώτη ἄμπελος ὠνομάσθη καὶ ἡ χώρα ἡ ἐνέγκασα τὸ φυτόν. οὗτος ὁ Ἰκάριος ἔδωκε ποιμέσι τοῦ καρποῦ πιεῖν Ἀττικοῖς, οἳ πιόντας νομίσαντας τοὺς λοιπούς, ὅτι τεθνήκοιεν οἱ βαθεῖ τῷ ὕπνῳ διὰ τὴν οἰνοποσίαν κατασχεθέντες, ἀποκτεῖναι τὸν Ἰκάριον νομίσαντας θανάσιμον φάρμακον δεδωκέναι οὐ μόνον τοῖς καθεύδουσιν, ἀλλὰ δὴ καὶ τοῖς ἐγρηγορόσι καὶ τῇ μέθῃ βακχεύουσι μανίας ἐμποιητικόν. οὕτω μὲν οὖν τὸν Ἰκάριον ἀποθανεῖν. ἐπεὶ δὲ κατέστησαν ἀπὸ τῆς μέθης, τὸν Διόνυσον χόλον αὐτοῖς ἐμβαλεῖν τοιόνδε. ἐλθὼν γὰρ πρὸς αὐτοὺς ἐν σχήματι ὡραίου παιδὸς ἐξέμηνεν αὐτοὺς πρὸς ὁρμὴν μίξεως· καὶ δὴ ἐπιβουλεύειν αὐτὸν διαφθεῖραι. ἀλλ' ὁ μὲν ἀφανὴς εὐθὺς ἐγεγόνει, οἱ δὲ ἅτε δὴ ἐκείνου ὑποσχομένου τὸ καθ' ὁρμὴν αὐτοῖς ἐᾶν ἐκτελέσαι ὡρμήκεσαν ἄχρι κινήσεως καὶ δὴ μεμενήκεσαν οὕτως ἀεὶ ἐκ τῆς ὀργῆς Διονύσου ἀκατάπαυστον τὴν ὁρμὴν ἔχοντες. ἐφ' οἷς ἐξιλασάμενοι τὸν θεὸν τοιαῦτα κατὰ χρησμὸν πεποιηκότες πήλινα σχήματα καὶ ἀνθ' ἑαυτῶν ἀναθέντες ἐπαύσαντο τῆς μανίας.*

Maass in Anal Erat II p 70, 113 (Philol Unters VI) ostendit Eratosthenem, ante quem fabula de Icario et Erigona a poeta non adhibita esset, eam in carmine *Ἠριγόνη* eo animo narrasse, ut res ad Liberi cultum, ludos voluptatesque volgi,

---

[1]) cf Caeneum Antiphaneam, cuius duos versus affert Athenaeus X p 433 C. Fragmentum e Centauromachiae parodia sumptum esse Kock iudicat in CAF II p 55 frg 112.

usus alios Atticos spectantes explicaret. Multum autem interest inter fabulas a scholiastis Lucianeis et ab Eratosthene traditas. Cum in Eratosthenis carmine Erigonam, Icarii filiam, primas ut opinor partes egisse e carminis nomine ipso colligendum esse videatur, Luciani interpretes eam omnino neglegunt. Attamen quae de Icarii morte narrantur, secundum Eratosthenem confinxisse mihi videntur. Qui Erigonae filiae mortem sic narraverat. Hanc patrem absentem, cum iam sepultus esset, domi tristem exspectasse. Maeram autum caniculam, quae Icarium pagos Atticos peragrantem comitata esset, domum profectam ululantem et latrantem ad patris sepulcrum Erigonam perduxisse Atque deos precatam, ut eadem qua ipsa nece virgines Atticae interirent, ex arbore se suspendisse. Tum patrem, canem, filiam in stellis collocatos esse. Haec omnia desunt in scholio Lucianeo. Quae autem scholiastae de poena, qua Liber agricolas Atticos affecit, narrant, valde singularia sunt. Neque vero Maassio adstipulari possum, qui p 138,122 scholio fidem abrogavit et autumavit hoc conflatum esse e Catasterismis et scholio Ar Ach 243. Aristophanis enim interpretes, ut demonstrent pompam Bacchicam phallo carere non posse, fabulam Luciani scholii alteri parti propinquam referunt. Cum vero Luciani scholiastae soli accurate describant, in quam insaniam agricolae illi inciderint, et omnes fabularum formae, quae a memoria vulgari alienae in Luciani scholiis occurrunt, non sine aliqua auctoritate sint, Maassium perperam coniecisse credo.

Pauciora scholion *BVΩ* Dial deor XXII (XVIII) 2 (p 274,5), in brevius redacta scholion R Dial meretr VII 4 (p 279,21) exhibent. Itaque Rohde in Mus Rhen XXV (1870) p 559 = op II p 367 coniecit scholia, quae sunt de Halois et de Icario, ex uno fonte profecta esse. Ac fortasse suspicetur quispiam utramque fabulam e Philochoro profluxisse (cf LBachm I 72,26, Harp s *Ἀλῶα*).

E fonte limo turbato ea manaverunt, quae scholiastae *BCφMNΩ* Dial mort IX (XXVIII) 1 (p 254,24) ascripserunt: *Ἀρκὰς μὲν ὁ Φινεὺς καὶ περὶ Στύμφαλον κατοικῶν· ᾧ καὶ αἱ Ἅρπυιαι τὰ δεῖπνα σινόμεναι πρὸς τοῦ Ἀλκμήνης Ἡρακλέους*

*ἐξετοπίσθησαν. Ἀθηναῖος δὲ ὁ Λυγκεὺς ὀξυδερκέστατος τοσοῦτον, ὡς καὶ τὰ κατὰ γῆς ὁρᾶν δύνασθαι.* Utraque fabula longe aliena est a memoria vulgari. Nam Phineum, quem omnes fere mythographi ad Bosporum Pontumve collocant, Luciani interpretes Arcadem inducunt. Phineine fabula ex Arcadia in eas regiones septentrionales transmigraverit, hic disserere mea non interest (Hiller v Gärtringen, de fab ad Thraces pert p 65). Meum est inquirere, quam memoriam fabularem Luciani scholiastae secuti sint. Quae ratio intercedat inter Herculem Phineumque, alii mythographi aliter referunt. Unus autem ut opinor Servius in Virg Aen III 209, quem exscripserunt Mythographi Vat I 27 (Schulz, de Myth Vat I fontibus p 27) et II 142 (Keseling, de Myth Vat II fontibus p 29) et fortasse scholiasta Stat Theb VIII 255 (p 392 J), eam fabulae formam tradidit, quam reddunt Luciani scholiographi: dico Phineum Arcadem fuisse. Sed praeterea Harpyiae cum Stymphalidibus confunduntur. Eadem commutatiō occurrit [1]) apud Myth Vat I 56, quam fabulam ex eodem enchiridio fabulari, quo Fulgentius usus est, profluxisse Schulz p 69 contendit. Ex eo eive simili hoc Luciani scholion fluxisse credo. Atque ei, qui hanc miram Phinei fabulam confinxerunt, etiam Lynceum Atheniensem facere potuerunt.

Scholiastae *Γ* 2 *VqΔ* de cal 5 (p 25,18) fabulam de Midae auribus Euhemeri ratione usi ita interpretantur, ut Midas per multos speculatores compererit, quid regni cives facerent dicerentque. Hanc fabulae interpretationem ante Cononis aetatem notam fuisse ostendi nequit (narr 1 p 124 Westermann, schol Ar Plut 287, Tzetzes Lyc 1401). Cum vero scholiastae ampliora quam Conon praebeant, nihil aliud contendi potest nisi et scholiastas et Cononem eandem memoriam fabularem sectari.

Scholiastae *Γ* 2 *CVMUΩΔ* Tim 6 (p 110,16) de Epimenide breviter locuti referunt hunc sexaginta annos dormivisse. Quamquam huic numero nihil auctoritatis inest, notatu est dignum Suidam solum eundem numerum indicare (Schultess, de Epi-

---

[1]) cf Hyg f 20. Myth Vat I 111.

menide p 53 n). Sequitur Suidam ut res grammaticas ita fabulas ex eisdem similibusve fontibus hausisse ac Luciani scholiastas.

Scholiastae *ΓCVΔ* Gall 19 (p 92, 9) contra memoriam fabularem narrant Tiresiam, quod Minervam in lavacro nudam vidisset, a dea irata in feminam transfiguratum esse. Fieri potest, ut scholiastae hanc fabulae formam e fonte obscuro in Luciani scholiorum congeriem exceperint. Sed ei, qui contendit scholiastas fabula Caenidis propinqua perturbatos huius mutationem sexus in Tiresiam transtulisse, adversari non possum. Sed quis est, qui hoc certo disceptet?

De Latonae partu scholiastae *BCVΩ* Dial mar IX (X) 1 (p 267, 8) aliam fabulae formam tradiderunt ac scholiastae *ECRφUΩ* (vide supra p 37). Latonam gravidam totum orbem pererrantem non repperisse, ubi fetus ederet, quod cuncta terra a Junone iure iurando obstricta recusasset, ne eam reciperet. Praeterea autem hanc draconem emisisse infantes perditurum. Ac Delum insulam antea cum Sicilia coniunctam, tum ab hac divulsam sub summa aqua natantem parturientem excepisse. Apollinem vix natum draconem Delphis sagittis necasse, ubi postea oraculum condidisset.

Hanc fabulae formam neque auctor hymni Homerici in Apollinem scripti neque Callimachus cognovit, sed apud serioris aetatis mythographos emergit. Draconem Latonam persecutum esse Lucianus ipse novit, quamquam perspici nequit, qua de causa eam persecutus sit (dial mar IX (X) cf Hyg f 53,140 West Myth p 376,33). Hunc eam Junone auctore persecutum esse Servius in Verg Aen III 73 primus tradit.

Quamquam scholiastae eas partes fabulae, quas et in scholio et in libello scriptoris legimus, scriptori ipsi mutuari potuerunt, tamen credibilius esse videtur eas ex eodem fonte fluxisse. Sed hac de re p 51 agam.

Jam transeam ad duo scholia, in quae eidem fontes qui in Pausaniam certo confluxerunt. Ac primum quidem scholii *ΓCVOΩΔ* Jov trag 21 (p 65,13) cum Paus I 39,3 comparabo.

| schol | Paus |
|---|---|
| Κερκυών· οὗτος ἄδικος ἦν τἆλλα ἐς τοὺς ξένους καὶ παλαίειν τὸν οὐ βουλόμενον διέφθειρεν. καὶ ὁ τόπος παλαίστρα ἐκαλεῖτο. ἐν ᾧ ᾤκει, πλησίον Ἐλευθερῶν. | εἶναι δὲ ὁ Κερκυὼν λέγεται καὶ τὰ ἄλλα ἄδικος ἐς τοὺς ξένους καὶ παλαίειν οὐ βουλομένους· καὶ ὁ τόπος οὗτος παλαίστρα καὶ ἐς ἐμὲ ἐκαλεῖτο Κερκυόνος, ὀλίγον τοῦ τάφου τῆς Ἀλόπης ἀπέχων. |
| διέφθειρε δὲ πάντας τοὺς καταστάντας αὐτῷ ἐς πάλην πλὴν Θησέως. Θησεὺς δὲ κατεπάλαισεν αὐτὸν σοφίᾳ <τὸ Wellmann> πλέον. παλαιστικὸς γὰρ εὑρέθη Θησεύς[1]) | λέγεται δὲ ὁ Κερκυὼν τοὺς καταστάντας ἐς πάλην διαφθεῖραι πλὴν Θησέως, Θησεὺς δὲ κατεπάλαισεν αὐτὸν σοφίᾳ τὸ πλέον. παλαιστικὴν γὰρ τέχνην εὗρε Θησεὺς πρῶτος καὶ πάλης κατέστη ὕστερον ἀπ' ἐκείνου διδασκαλία. πρότερον <δὲ> ἐχρῶντο μεγέθει μόνον καὶ ῥώμῃ πρὸς τὰς πάλας. |
| μεγέθει πρῶτον καὶ ῥώμῃ χρώμενος ἐς τὰς πάλας. | |

Luciani scholion et Pausaniae locum intima cognatione coniuncta esse primo obtutu elucet. Scholion autem ex Pausania manasse huius editores Turicenses argumentis non prolatis contenderunt (Paus I ı p 359 ed Hitzig-Blümner). Nam facile cognoscitur, quantum inter eos intersit. Nam cum Pausanias memoriam vulgarem sectatus (Diod IV 59,5, Plut Thes 11, schol R Plat Leg p 796 A) Cercyonis domicilium ad Eleusina collocet, scholii auctores ad Eleutheras collocant. Ac finis fabulae a scholiastis narratae Pausaniae loco nonne prorsus contrarius est? Sed hunc esse errorem scholiastarum stultitiae tribuendum iudicet quispiam. Haud dubie constat (Wellmann p 79) hanc Cercyonis fabulam ex eodem fonte fluxisse atque ceteras fabulas huic loco ascriptas (cf infra p 50). Itaque, si Cercyonis fabula e Pausania sumpta esset, fabula Scironis, quae in eadem fabularum congerie exstat (lin 5), ipsa

[1]) παλαιστικὴν γὰρ εὗρε Θησεύς Kaibel coniecit apud Wellmannum de Istro p 78,83.

quoque e Paus I 44,8 veri similiter hausta esset. Cum vero haec scholii fabula a Pausaniae longe distet, Wellmann p 79 iusto iure contendit scholii auctores eosdem fontes adisse, quos Pausanias adhibuit. Idem quoque, si eum recte intellego, sumpsit Luciani interpretes meliorem memoriam sequi quam Pausaniam. Sane locorum discrepantiam non errori tribuendam esse censeo (Wellmann p 79). Nam cum iam saepe ostenderim, quam remotis e fontibus rivuli in commentarios VI fere saeculo in Lucianum scriptos confluxerint, conicio scholiastas fabulae formam ad Eleutheras tritam notamque Atthidographo quodam intercedente memoriae tradidisse. Et profecto Gruppe p 595,1 sumpsit Cercyonem, quamquam Eleusine sedem ac domicilium habuisse videretur, a poeta VI a Chr n saeculi ad Eleutheras collocatum esse.

Scholion *CVgU* Deor conc 12 (p 212,28) et Pausaniam VIII 24,8 ex eodem fonte hausisse, scilicet e mythographo Apollodoro simili, qui Thucydide usus erat, demonstrare conabor.

Alteram fabulae memoriam, quae exstat apud Apollodorum III 87 eqs, a scholio alienam breviter adumbrem. Alcmaeon, quem matre occisa insania affectum Furiae persequuntur, aufugiens e patria tandem venit ad Phegeum Psophidensem. A quo expiatus uxorem ducit Arsinoen, eius filiam. Cui dono dat vestimentum et monile Harmoniae. His finibus relictis ad Acheloi fontes pervenit. Atque postquam Callirrhoen, huius filiam, in matrimonium duxit, in ea terra, quae invectu fluminis orta erat, considit. Atque cum Callirrhoe illud vestimentum et monile possidere cupiverit, Alcmaeon proficiscitur, ut ea a Phegeo domum afferat. Quibus fraude recuperatis Alcmaeon a Phegei filiis occiditur, Arsinoe ad Agapenorem in servitutem abducitur. Callirrhoe autem a Jove petit, ut Amphoterum et Acarnanem, filios tenellos, quam primum viribus virilibus ornet. Quas adepti patris ulciscendi causa domo profecti eodem tempore ad Agapenorem deversi sunt, quo Phegei filii Delphos iter facturi. Quibus necatis Callirrhoae filii monile et vestimentum Apollini Delphico offerunt et Acarnaniam condunt.

| schol Luc | Thuc II 102. 5 | Paus VIII 24. 8. |
|---|---|---|
| Ἀλκμαίων[ος] γαρ ἦν υἱὸς τοῦ Ἀμφιαράου, ὃς [Ἀλκμαίων] τὴν μητέρα ἀπεκτονὼς ἐπλανᾶτο κατὰ πάσης γῆς μηδενὸς αὐτὸν διὰ τὸ ἄγος τῆς μητρὸς καταδεχομένου. χρήσαντος δὲ αὐτῷ Ἀπόλλωνος ζητεῖν γῆν εἰς κατοίκησιν, ἥτις οὔπω ἦν τῆς μητρὸς ὑπ᾿ αὐτοῦ κτεινομένης, σκέψασθαι, μὴ ἂν ἀλλαχοῦ εὑρεθῆναι ἢ πρὸς ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ Ἀχελῴου· θολερῶς γὰρ οὗτος ἀεὶ ῥέων καὶ πρὸς ταῖς Ἐχινάσι νήσοις εἰς θάλασσαν ἐκδιδοὺς ὑπωπτεύθη αὐτῷ πρόςχωσιν οὗτος ἐν τοσούτῳ ἐργάσασθαι καὶ γῆν ἀναδεῖξαι, ἥτις ἱκανὴ σῶμα ἀνθρώπου ὑποδέξασθαι μὴ πρότερον οὖσα τοῦ τῆς μητρὸς φόνου. καὶ δὴ πορευθῆναι καὶ κατοικῆσαι τὴν [Κατ]οινιάδα[1]) γῆν καὶ ἐξ ἑνὸς τῶν υἱῶν Ἀκαρνᾶνος Ἀκαρνανίαν τὸν τόπον ὀνομάσαι. | λέγεται δὲ καὶ Ἀλκμέωνι τῷ Ἀμφιάρεω, ὅτε δὴ ἀλᾶσθαι αὐτὸν μετὰ τὸν φόνον τῆς μητρός, τὸν Ἀπόλλω ταύτην τὴν γῆν χρῆσαι οἰκεῖν, ὑπειπόντα οὐκ εἶναι λύσιν τῶν δειμάτων πρὶν ἂν εὑρὼν ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ κατοικίσηται, ἥτις, ὅτε ἔκτεινε τὴν μητέρα, μήπω ὑπὸ ἡλίου ἑωρᾶτο μηδὲ γῆ ἦν, ὡς τῆς γε ἄλλης αὐτῷ μεμιασμένης. ὁ δ᾿ ἀπορῶν, ὥς φασι, μόλις κατενόησε τὴν πρόςχωσιν ταύτην τοῦ Ἀχελῴου, καὶ ἐδόκει αὐτῷ ἱκανὴ ἂν κεχῶσθαι δίαιτα τῷ σώματι, ἀφ᾿ οὗπερ κτείνας τὴν μητέρα οὐκ ὀλίγον χρόνον ἐπλανᾶτο. καὶ κατοικισθεὶς ἐς τοὺς περὶ Οἰνιάδας τόπους ἐδυνάστευσέ τε καὶ ἀπὸ Ἀκαρνᾶνος παιδὸς ἑαυτοῦ τῆς χώρας τὴν ἐπωνυμίαν ἐγκατέλιπεν. | . . . καὶ αὐτὸν ἡ Πυθία διδάσκει τὸν Ἐριφύλης ἀλάστορα ἐς ταύτην οἱ μόνην χώραν οὐ συνακολουθήσειν, ἥτις ἐστὶ νεωτάτη καὶ ἡ θάλασσα τοῦ μητρῴου μιάσματος ἀνέφηνεν ὕστερον αὐτήν. καὶ ὁ μὲν ἐξευρὼν τοῦ Ἀχελῴου τὴν πρόςχωσιν ἐνταῦθα ᾤκησε καὶ γυναῖκα ἔσχε Καλλιρρόην τοῦ Ἀχελῴου θυγατέρα λόγῳ τῷ Ἀκαρνάνων, καὶ οἱ παῖδες Ἀκαρνάν τε καὶ Ἀμφότερος ἐγένοντο· ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀκαρνᾶνος τοῖς ἐν τῇ ἠπείρῳ ταύτῃ τὸ ὄνομα τὸ νῦν γενέσθαι λέγουσι τὰ πρὸ τούτου Κούρησι καλουμένοις. |

1) veri similiter dittographia κατοικῆσαι τὴν Κατοινιάδα scripturae mendum ortum est.

Commemoratu dignum est Apollodorum illum tacere, qua conditione ab Apolline vinctus Alcmaeon orbem pererraverit. Primo obtutu perspicitur, qua ratione usi Luciani interpretes varias fabulae formas compilaverint. Ac primum quidem quaestio movenda est, scholionne e Thucydide exscriptum sit. Quamquam scholion artissimo vinculo cum huius loco coniunctum est, tamen scholiastas Thucydidem manibus trivisse non credo. Pro nihilo puto hunc eo ipso loco, ubi fabulam narrat, Echinades non commemorare, cum scholiastae eas nominatim afferant. Sed e Thucydide II 102,3 a scholii auctoribus fabulae ipsi intexi potuerunt. Summi autem momenti est Thucydidem unum tantum Alcmaeonis filium cognoscere, Luciani scholiastas complures. Tum Thucydides nihil praebet, quod cum scholio Luciani comparetur. Itaque Luciani scholion ab auctore quodam, qui in Thucydide nixus alios fontes in usum vocavit, probabiliter compositum est. Sed antequam pescrutemur, qui hi fontes fuerint, anquiramus, quae ratio intercedat inter Pausaniam et Thucydidem. Fischbach in Stud Vind XV (1893) p 172 s contendit Pausaniam hanc Alcmaeonis fabulam e Thucydide hausisse. Sed Pausaniam, cum uni auctori se non quasi in servitutem addixisset (p 163), in hanc fabulam e Thucydide sumptam rivulum e fonte Apollodoro propinquissimo profectum transduxisse coniecit [1]). Nam Pausaniam et Apollodorum, quamquam nonnullis locis inter se discrepent, tamen Alcmaeonis nuptias cum Callirrhoa factas et duos huius filios proferre. Itaque probabiliter sumo scholii Lucianei finem, ubi ei complures filii tribuuntur, e fonte Apollodoro simili manasse. Alcmaeonem propter necem matris e patria fugientem a nullo receptum esse (vide scholii initium) scholiastae eiusve auctores fortasse ex Apollodori verbis collegerunt. His expositis rebus efficitur in Luciani scholion eosdem fere fontes atque in Pausaniae locum confluxisse.

Jam aggrediar ad indicem mythographum tractandum. Lucianus in Jov trag 21 Momum his verbis Jovem allo-

[1]) Pausaniam compendium fabulare Apollodoro simile adhibuisse Bethe in Genethl Gott p 41 argumentis probavit.

quentem inducit: *εἰ γοῦν μὴ ὁ Θησεὺς ἐκ Τροιζῆνος ἐς Ἀθήνας ἰὼν ὁδοῦ πάρεργον ἐξέκοψε τοὺς κακούργους, ὅσον ἐπὶ σοὶ καὶ τῇ σῇ προνοίᾳ οὐδὲν ἂν ἐκώλυεν ἐντρυφῶντας ζῆν ταῖς τῶν παροδοιπορούντων σφαγαῖς τὸν Σκείρωνα καὶ τὸν Πιτυοκάμπτην καὶ Κερκυόνα καὶ τοὺς ἄλλους.*

Ad hunc locum scholiastae haec ascripserunt (p 65,1): *Φάλαρις ὁ Ἀκραγαντῖνος· οὗτος χαλεπωτάτας ἐπενόει κολάσεις· Βούσιρις ὁ Αἰγύπτιος· οὗτος ὠμὸς ἦν ὡς καὶ ἀνθρώπους ἐσθίειν. Διομήδης ὁ Θρᾷξ· οὗτος ἀνθρωποφάγους ἵππους εἶχε, καὶ οὓς ἐκράτει, ἔβαλλεν αὐτοῖς· Σκείρων ὁ λῃστής· οὗτος ἠνάγκαζε τοὺς παριόντας πλύνειν τοὺς πόδας ἐπὶ τῆς θαλάσσης καθημένους καὶ λακτίζων εἰς θάλασσαν ἔρριπτε καὶ ἡ χελώνη δεχομένη κατήσθιεν· Πιτυοκάμπτης· οὗτος λῃστὴς ὢν ἔκαμπτε πίτυς καὶ ἠνάγκαζε τοὺς παριόντας κρατεῖν, οἱ δ' ἀναρριπτούμενοι ἀπώλλυντο. Λιτυέρσης· οὗτος σπείρων ἠνάγκαζε τοὺς παριόντας θερίζειν τοῦ θέρους ἐνισταμένου, εἰ δὲ ἀντέτειναν, ἔκτεινεν αὐτούς· Ἡρακλῆς δὲ τοῦτον κατέκτεινεν. Κερκυών·* exscripsi locum p 46. *Ἔχετος τῆς Ἠπείρου βασιλεὺς τιμωρητικώτατος.*

Hoc scholion permirum est. Nam quamquam interpretum erat de Thesei factis disserere, etiam nonnullos alios, quorum facinora impia in omnium oribus erant, quasi a Luciano nominatos proferunt. Sane quidem Lucianus in Ver Hist II 23 commemorat Phalarim, Busirim, Diomedem, Scironem, Pityocamptem, qui ordo scholii nostri initio accurate servatus est.[1]) Itaque dixerit quis scholion secundum Verarum Historiarum locum confectum esse. Sed quid, quod ibi praeter nomina nihil exstat? Neque credibile est hoc scholion quondam illi Verarum Historiarum loco ascriptum ad eam quam nunc occupat sedem translatum esse. Nam ne hoc quidem modo difficultates evanescunt. Nam qui explicari potest scholiastas etiam de Lityerse et Echeto agere, quos tractandi neque hic neque ibi locus erat? Quo accedit, quod hic uterque nusquam apud Lucianum conspicitur. Jacobitz Solanum sectatus huius

---

[1]) In lib Bis acc 8 haec dicit Lucianus: *τεθνᾶσιν ἐκεῖνοι πάντες οἱ Σκείρωνες καὶ Πιτυοκάμπται καὶ Βουσίριδες καὶ Φαλάριδες.*

scholii in omnibus codicibus Jov trag 21 ascripti partem alteram ad illum Ver Hist, alteram ad hunc Jov trag locum prorsus ex ipsius arbitrio collocavit. (Luciani opera, IV, 131, 178). Itaque verisimillimum est scholiastas cum scholion componentes Lucianum ipsi non secuti sint, isdem fontibus atque hunc usos esse. Nam quid, quod fontes scholiorum mythographorum iam ante Pausaniam, Luciani aequalem, fluxisse demonstratum est (p 47)? E scholii indole Wellmann p 79 scite cognovit scholion totum ex enchiridio fabulari sumptum esse. Nam usu dicendi firmatur scholion ab uno auctore compositum esse. Compendia mythographa ex I a Chr n saeculo in usu fuisse Bethe in Quaest Diod Myth p 94 evicit. Luciani autem scholion ex indice fabulari manavit, in quem fabulae secundum heroum mores et facta dispositae congestae erant.[1]) Partes id genus indicis Athenaeus XIII 560 b-f, Hyginus f. 270 eqs, Westermanni Mythographus p 345 eqs posteris tradiderunt. Sane iure miraris in hunc indicem mythographum Phalarim tyrannum irrepsisse. Sed quid, quod Westermanni Mythographus p 346 (V, *Ἀσεβεῖς*) tyrannos et heroes, Graecos et Romanos congessit? Eos fontes, e quibus Cercyonis (p 46) fabula manavit, scholiastas non ipsos, sed huius indicis auctores appetivisse sua sponte apparet. Ac postquam saepius ostendi, quam remotis e fontibus scholiorum doctrina fabularis profluxerit, commemorare operae pretium est hanc Busiridis fabulam a Polycrate sophista excogitatam esse (Isocr or XI 5).

[1]) Eae fabulae, quas codicis Barocciani scriba congessit, maximam partem ad huius scholii fabulas accedunt. Superscriptae sunt *περὶ θεριωδῶν ἀνθρώπων*. Haec superscriptio, quamquam prava est, tamen docet, qua ratione etiam illius indicis auctor fabulas ordinaverit verisimiliter.

## Caput IV.

# De proverbiorum interpretationibus.

Cum Lucianus scriptis suis multa proverbia immiscuerit, huius interpretes eis explicandis enixe operam dederunt. In codice *Δ* ad Hermot 71 longa explicatio proverbii *ὄνου σκιά* ascripta est (p 245,1), quae artissimo cognationis vinculo cum scholio RS Plat. Phaedr p 260 C coniuncta est. Hoc scholion Platonicum e Lucillo Tarrhaeo ipso sumptum esse Cohn in Suppl Ann XIII (1884) p 841 Warnkrossium secutus autumavit. Cum vero scholiastam *Δ* scholia Platonica adhibuisse non constet (vide supra p 19), Luciani scholion a paroemiographo profectum est, qui ut scholiastae Platonis Lucillum Tarrhaeum expilavit. Obiter de his Luciani et Platonis scholiis Giesing, de schol Plat fontibus p 68, rectius Warnkross, de paroemiographis p 46 iudicavit. Verbo moneo haec scholia ampliora exhibere quam Zenobium VI 28 (cf App IV 26), Diogenianum III 43, Apostolium XII 92, XVII 69. Rein, Sprichwörter u. sprichwörtliche Redensarten bei Lukian p 5 in Freyero nisus contendit, argumentis non probavit scholion *ECVφOΩΔ* De merc cond 21 (p 167,12) Pausaniae Atticistae deberi. Praeter testimonium Platonis, comici poetae, in E*Δ* additum scholion ad verbum fere cum Zenobio III 82 convenit. Atque cum Crusius in Analectis ad Paroemiographos p 93 ostenderit Zenobium comicorum imprimis testimonia e Didymo sumpsisse, hoc scholion Lucianeum Zenobio intercedente ad Didymum redire censeo. Atque cum Crusio teste (in Rell conc philol Dess conv p 227 s) ad infima usque Byzantinorum tempora e Zenobii libris vulgaribus proverbia hausta sint, eorum proverbiorum interpretationes, quae in Luciani scholiis occurrunt, ex eisdem libris fluxisse credo. Cum vero Luciani scholiastae omnia fere proverbia latius explicent quam ceteri paroemiographi, illis largiores et uberiores fontes suppeditaverunt quam paroemiographis.

Jam sequuntur eorum proverbiorum explicationes, quibus similes apud paroemiographos occurrunt.

p. 10,8 *BVφMNOΩΔ* cf Zenob V 31, Diog VII 21, Apost XIII 70.

p 50,20 *ΓVφOΩΔ* cf Diog II 59 Diog V 83, Mac IV 95, Apost VI 80 = fere Mantissa I 74.

p 58,18 *ΓVOΩΔ* cf Diog II 63 IV 41 Greg Cyp M III 23 Apost VI 100 Mac IV 7 Mant I 56.

p 70,1 *VOΩΔ* cf Mac II 79 Apost V 11 Greg Cypr M II 45.

p „ 16 *ΓVOΩΔ* = fere Diog VII 29 Greg Cyp M IV 64 Apost XII 40.

p 88,25 *ΓVΦΩΔ* cf Zenob VI 23 Mant III 33 Apost XVII 62.

p 132,3 *BCVφΩ* cf Diog I 65 75, III 58 83 Zenob I 87 II 79 Apost IX 11.

p 136,5 *BCVφΩ* cf Greg Cyp M III 66 Mac IV 53 Apost VIII 65.

p 202,14 *VEφΩ* cf Apost XVI 4 Mac VII 98 App IV 80.

p 236,1 *EVφΔ, ECVφΔ* (lin 4) cf Diog IV 82 b Greg Cyp M III 27 Apost VI 64.

p 259,5 *ΓRφMΩ* cf Zenob II 56 Diog I 27 Greg Cyp M I 28 Apost II 92 Mac II 7.

p „ 9 *BCφMΩ* cf Diog III 30.

p 260,10 *R* cf Diog I 2 VIII 7 Zenob V 94 Apost I 4. XV 48

p 266,25 *BCVMΩ* cf Zenob IV 86 Diog I 10 VI 7 Greg Cypr M IV 23 Apost X 57.

Caput V.

## Illustrium virorum Atheniensium vitae, unde haustae sint.

In Luciani scholiorum compage nonnulla sunt, quorum auctores testimoniis antiquissimorum scriptorum allatis de viris Atheniensium praeclarissimis Alcibiade, Callia, Cleone, Hyperbolo, Midia fuse agunt. Haec scholia tradita sunt in *V* (p 57,1), *VΔ* (p 83,16), *Γ*2 *V* (p 115,12), *Γ*2 *VΔ* (p 114,21). Quorum indoles a ceteris longe aliena est. Itaque cum veri dissimile sit ea ex antiquioribus commentariis Luciani illis exscripta esse, probabiliter conicio ea at Cercopum scholion (p 28) Byzantinorum aetate in Luciani libros irrepsisse. Atque cum hucusque nemo umquam ut opinor contenderit eos comicos poetas, quorum imprimis testimonia in medium proferuntur, Photii aetate lectitatos esse, scholiorum auctores ipsi ceteros quoque scriptores allatos non adierunt. Itaque haec scholia non a Luciani interpretibus ipsis excogitata et composita sunt, sed e fontibus secundariis manaverunt. Cum supra (p 10) ostenderim *V* et *Δ* duplicem memoriam scholiorum repraesentare nec *Γ* codicem inspexisse, tamen veri simile est haec scholia omnia e communi fonte manasse. Ac probabile esse censeo ea ex Luciani libro nunc deperdito exscripta esse. Quos fontes huius deperditi codicis auctor appetiverit, his e scholiis collatis cum Aristophaneis apparebit. Primo loco scholion *Γ*2 *VΔ* Tim 30 (p 114,21) comparabo cum schol (R) Ar Vesp 1007 et Pac 681.

| schol Ar Vesp. | schol Luc. |
| --- | --- |
| | *Ὑπέρβολος οὗτος. ὡς Ἀνδροτίων φησίν, Ἀντιφάνους ἦν Περιθοίδης, ὃν καὶ ὠστρακίσθαι διὰ φαυλότητα.* |
| *Ἀνδοκίδης φησὶ τοίνυν „περὶ Ὑπερβόλου λέγειν αἰσχύνομαι* | *ὁ δὲ αὐτὸς καὶ λυχνοποιὸς ἦν καὶ ἐλυχνοπώλει, ὡς Ἀν-* |

schol Ar Vesp.

ου ὁ μὲν πατὴρ ἐστιγμένος ἔτι καὶ νῦν ἐν τῷ ἀργυροκοπείῳ δουλεύει τῷ δημοσίῳ, ὡς δὲ ξένος ὢν καὶ βάρβαρος λυχνοποιεῖ.“

in Pac 681

Χρέμητος δὲ υἱὸς ἦν Ὑπέρβολος, ἀδελφὸς δὲ Χάρωνος, λυχνοπώλης, φαῦλος τοὺς τρόπους. οὗτος μετὰ τὴν τοῦ Κλέωνος δυναστείαν διεδέξατο τὴν δημαγωγίαν. ἀπ᾽ αὐτοῦ δὲ πρώτον ἤρξαντο Ἀθηναῖοι φαύλοις παραδιδόναι τὴν πόλιν καὶ τὴν δημαγωγίαν, πρότερον δημαγωγούντων πάνυ λαμπρῶν πολιτῶν. προείλετο δὲ τοὺς τοιούτους ὁ δῆμος ἀπιστῶν διὰ πόλεμον τὸν πρὸς Λακεδαιμονίους τοῖς ἐνδόξοις τῶν πολιτῶν, μὴ τὴν δημοκρατίαν καταλύσαιεν. ἐξωστρακίσθη δὲ οὗτος οὐ διὰ δυνάμεως φόβον καὶ ἀξιώματος, ἀλλὰ διὰ πονηρίαν καὶ αἰσχύνην τῆς πόλεως.

schol Luc.

δοκίδης ἱστορεῖ, ὃς καὶ ξένον αὐτὸν εἶναι καὶ βάρβαρον βούλεται.

ἐπὶ τούτου δὲ καὶ τὸ ἔθος τοῦ ὀστρακισμοῦ κατελύθη, ὡς Θεόφραστος ἐν τῷ Περὶ νόμων (cf Plat fr 187 *CAFI* p 654 *K*) λέγει. Πολύζηλος δὲ ἐν Δημοτυνδάρεῳ Φρύγα αὐτὸν εἶναί φησιν εἰς τὸ βάρβαρον σκώπτων. Πλάτων δὲ ὁ κωμικὸς ἐν Ὑπερβόλῳ Λυδὸν αὐτόν φησιν εἶναι Μίδα γένος καὶ ἄλλοι ἄλλως.

ἔστι δὲ τῇ ἀληθείᾳ Χρέμητος, ὡς Θεόπομπος ἐν τῷ Περὶ δημαγωγῶν . . .

schol Ar Pac.

*ἐν Σάμῳ δὲ διατρίβων ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ἐχθρῶν ἐπιβουλευθεὶς ἀπέθανε καὶ τὸν νεκρὸν αὐτοῦ εἰς σάκκον βαλόντες ἔρριψαν εἰς τὸ πέλαγος.*

schol Luc.

*Θεόπομπος δὲ πάλιν ἐν δεκάτῳ Φιλιππικῶν ἐν Σάμῳ φησὶν ἐπιβουλευθέντα ὑπὸ τῶν Ἀθήνηθεν ἐχθρῶν ἀναιρεθῆναι, τὸ δὲ νεκρὸν αὐτοῦ εἰς σάκκον βληθὲν ῥιφῆναι εἰς τὸ πέλαγος.* His antecedunt p 115 5—8 haec: *Κρατῖνος δὲ ἐν Ὥραις ὡς παρελθόντος νέου τῷ βήματι μέμνηται καὶ παρ' ἡλικίαν καὶ Ἀριστοφάνης Σφηξὶ καὶ Εὔπολις Πόλεσιν.* (cf schol Ran 569).

Scholion Vesp 1007 his clauditur verbis: *Θεόπομπος δέ φησι καὶ τὸν νεκρὸν αὐτοῦ καταποντωθῆναι, γράφων ὅτι „ἐξωστράκισαν τὸν Ὑπέρβολον ἓξ ἔτη· ὁ δὲ καταπλεύσας εἰς Σάμον καὶ τὴν οἴκησιν αὐτοῦ ποιησάμενος ἀπέθανε. καὶ τούτου τὸν νεκρὸν εἰς ἀσκὸν ἀγαγόντες εἰς τὸ πέλαγος κατεπόντωσαν.“*

Jam quaerendum est, quae ratio inter haec Luciani Aristophanisque scholia intercedat. Luciani scholion ex eis, quae nobis in promptu sunt, Aristophanis scholiis non manavit, quia nonnullis locis hoc eis amplius uberiusque est. Ubi autem hoc eis simile est, ea meliorem memoriam servant. Ita Meiners in diss Hal XI p 328 bene ostendit scholion Pac 681, cuius initium ac finem Luciani scholiastae auctore nominato exhibent, totum e Theopompi *Φιλιππικῶν* libro X sumptum esse. Praeterea autem Aristophanis interpretes Vesp 1007 Andocidis et Theopompi verba expresse exscripserunt, quorum locorum argumenta Luciani scholiastae suis verbis usi reddunt. Quibus causis consideratis omnibus mihi manifestum esse videtur Luciani Aristophanisque scholia ex eisdem fontibus manasse. Cum vero ea Aristophanis scholia, quae aetatem tulerunt, ex commentariis Aristophaneis quondam multo uberioribus excerpta sint, nostra Aristophanis Lucianique scholia ex illis profluxerunt.

Eidem in Aristophanem commentario nostris scholiis

uberiori Luciani scholion *VΔ* de Callia et Midia adiudicem. Sane quidem ea Aristophanis scholia, quibuscum Luciani scholion comparaturus sum, vel pauciora vel exiliora exhibent. Sed cum huius indoles ac compositio Hyperboli scholio simillimae sunt, non dubito huius quoque fontem in Aristophanis commentariis quondam uberioribus quaerere. De Callia similia, sed pauciora docent scholia (R) Ar Ran 429 et Av 283, de Midia scholion (R) Av 1297.

| schol Ar | schol Luc (p 83.16) |
| --- | --- |
| schol (R) Ran 429. *παρεγραμμάτισε διὰ τὴν ἀσέλγειαν παρὰ τὸ Ἱππονίκου εἰς πορνομανῆ.* (cf schol Av 283) schol Ran ... *ἢ τοῦ κτηνοβάτου. κωμῳδεῖται δὲ καὶ ὁ Καλλίας ὡς σπαθῶν τὴν πατρικὴν οὐσίαν.* (cf schol Eccl 810.) | *ὁ μὲν Καλλίας οὗτος, ὡς Κρατῖνος Ἀρχιλόχοις φησίν, Ἱππονίκου υἱὸς ἦν τὸν δῆμον Μελιτεύς, ὡς Ἀριστοφάνης Ὥραις πλούσιος καὶ πασχητιῶν καὶ ὑπὸ πορνιδίων διαφορούμενος καὶ κόλακας τρέφων. εἰς δὲ στιγματίαν αὐτὸν Κρατῖνος κωμῳδεῖ ὡς ἕνα τῶν κατάχρεων. οἱ γὰρ δανειζόμενοι τὰς κτήσεις ὑπετίθεσαν καὶ ἐπέγραφον αὐτὰς πρὸς τὸ γινώσκεσθαι, ὅτι ὑποθῆκαί εἰσιν· ὅθεν καὶ Μένανδρος ἄστικτον χωρίον εἰώθει λέγειν τὸ ἀνεπιδάνειστον·* |
| schol Av 283 *κωμῳδεῖται . . . . . ὡς ληφθεὶς μοιχεύων ἀπέτισε χρήματα. κεκωμῴδηκε δὲ αὐτὸν ἱκανῶς Εὔπολις ἐν τοῖς Κόλαξι.* (cf schol (R) Ran 429). | *κωμῳδεῖ δὲ αὐτὸν Κρατῖνος καὶ ὡς Φώκου γυναῖκα μοιχεύσαντα καὶ τρία τάλαντα δόντα εἰς τὸ μὴ κριθῆναι.* |
| schol Ar Av 1297. *ὁ δὲ Ἀμμώνιος ᾠήθη ἐξ ἐπιθέτου Μειδίαν ὄρτυγα καλεῖσθαι. γελοίως διὰ τὸ κυβευτὴν εἶναι καὶ ἐν γύρῳ τοὺς ὄρτυγας κόπτειν.* | *ὁ δὲ Μειδίας ὀρτυγοκόπος ἦν* |
| *(οὕτως αὐτὸν νῦν Ἀρι-* | |

| schol Ar Av 1297 | schol Luc |
|---|---|
| στοφάνης προσεῖπε)· δηλοῖ δὲ τοῦτο Ἀριστοφάνης. <Πλάτων>[1]) ἐν Περιάλγει „χρηστόν <γε>[1]), μὴ κατὰ Μειδίαν ὀρτυγοκόπον. λέγει[2]) δὲ ἐν Ποαστρίαις ὁ αὐτὸς <ὁ Φρύνιχος coni Bergk>, ὡς καὶ περὶ ἀλέκτορας ἐσπουδακότος. | ὡς Πλάτων Περιάλγει καὶ περὶ τὰ ὅμοια δεινός. |
| διαβάλλεται δὲ εἴς τε πονηρίαν ὡς Πλάτων ἐν Νίκαις καὶ κλοπὴν δημοσίων ὡς Μεταγένης ἐν Ὁμήρῳ καὶ συκοφαντίαν. κόβαλός τε ἐλέγετο εἶναι καὶ πτωχαλαζὼν ὡς Φρύνιχος ἐν Ἐφιάλτῃ. | καὶ ὡς πονηρὸν δὲ καὶ κόβαλον καὶ τῶν δημοσίων νοσφιστὴν Φρύνιχος καὶ Πλάτων διαβάλλουσιν. |

Quid his e scholiis inter se comparatis efficitur? Aristophanis scholion ultimo loco exscriptum duobus locis adeo laceratum est, ut conexus sententiarum deleatur. Aristophanem Perialgem docuisse nescimus. Et profecto scholion Lucianeum respicienti Bergk recte supplesse videtur *Πλάτων*. Meineke, quamquam in enuntiato postero scholii Aristophanei vitium latere recte vidit, dubium est, isne locus medicina egeat, cui mederi periclitatus est. In enuntiati initio corruptela latet. Nam, quod sciamus, neque Aristophanes neque Plato, ut recte conicit Bergk, Poastrias composuit. Sed cum Phrynichum Poastriarum auctorem noverimus, Bergk censebat *ὁ αὐτὸς* corrigendum esse in *ὁ Φρ.* Sed cum explicare nequeam, quomodo haec corruptela orta sit, sumat quispiam scribam scholion excerpentem somniasse. Sed praeterquam quod hoc ad difficultatem explicandam et tollendam non sufficit, Bergkii coniectura scholio Lucianeo refelli videtur. E quo discimus Platonem illum ob id illusisse,

---

[1]) Bergk, comm de rell com Att p 425 haec intercalavit (cf Cobet, obs crit 171).

[2]) Dindorf enuntiatum *λέγει — ἐσπουδακότος* transponit post *Ἐφιάλτῃ* (vide Kock *FCA I* 381 fr 41).

quod *δεινός* fuisset et *περὶ τὸ ὀρτυγοκοπεῖν* et *περὶ τὰ ὅμοια.* Quid sibi velit *τὰ ὅμοια*, ab Aristophanis interpretibus accepimus *τὸν αὐτὸν* (h e Platonem) Midiam irrisisse gallis quoque operam dantem. Itaque vitium non in *ὁ αὐτὸς*, sed in *ἐν Ποαστρίαις* latere censeo. Probabile ac verisimile est in scholio huic Avium versui ascripto quondam uberiore etiam Poastrias commemoratam fuisse, scholii epitomatorem conexu sententiarum deleto *ἐν Ποαστρίαις* hic falso collocasse. Itaque censeo nomini fabulae, non auctoris medicinam afferendam esse. Sed haec hactenus. Tum utroque scholio inter se collato conicio comicorum prolatorum frustula alio modo distribuenda esse ac distribuit Kock. Hic enim scholii Aristophanei verba *καὶ κλοπὴν δημοσίων* iniuria ut opinor Metagenis Homero addixit (fr 11 CAF I p 708). Nam cum e scholio Lucianeo discamus Phrynichum ac Platonem Midiam peculatus arguisse, Homeri fabulae argumentum paene ignotum sit, illa verba Metageni abiudicem. Quorum sede mutata sic legam: *διαβάλλεται δὲ εἴς τε πονηρίαν καὶ κλοπὴν δημοσίων ὡς Πλάτων ἐν Νίκαις*[1]) et altero *καὶ* transposito pergam: *καὶ ὡς Μεταγένης ἐν Ὁμήρῳ συκοφαντίαν.*

Scholion *Γ* 2 *V*, quod Tim 30 (p 115,13) ascriptum de Cleone est, ipsum quoque e scholiis Aristophaneis quondam uberioribus manasse confido. Huius enim indoles scholiis modo tractatis tam similis est, ut non perperam coniecisse videar. Ac praeterquam quod ei auctores, quos proferunt Luciani interpretes, ad unum omnes in Aristophanis scholiis occurrunt, duo scholii Lucianei loci intima cognatione cum scholiis Aristophaneis coniuncti sunt. Si scholii initium (p 115,15) perlegeris, mecum interrogabis, cui Cleonem maledixisse Theopompus tradiderit. Hoc quaerenti scholion Equ 226 respondet, quod e Theopompo exscriptum haec exhibet: *κατηγόρησε γὰρ* (h e *ὁ Κλέων*) *αὐτῶν* (h e *τῶν ἱππέων*) *ὡς λειποστρατούντων*, cf schol Ach 6. Atque cum Aristophanis inter-

---

[1]) Phrynichum Midiae eadem obiecisse Luciani scholiastae scholiis Aristophaneis uberioribus subnixi referunt.

pretes ad Pac 665 Philochori locum expresse exscribant, Luciani scholiastis idem scholion ob oculos versatum esse puto, cum scripserint (p 116,4): *ἐπέστη δὲ καὶ τῇ πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνῃ ὥς Φιλόχορος.*

Scholio V Jov conf 16 (p 57,1), quod est de Alcibiade, simile inter Aristophanis scholia non repperi. Tamen, cum Aristophanis Vesparum versus 44 allatus sit, conicio hoc quoque scholion ex Aristophanis commentariis quondam uberioribus in haec Luciani scholia transfluxisse.

Appendicis loco de nonnullis scholiis agam, quae ipsa quoque ad Aristophanis commentarium uberiorem reducam. Scholiastae *EVφΔ* Lexiph 3 (193,25) *τοῖς ἀκριβέστερον περὶ κοττάβων διαλαβοῦσι* testibus usi de cottabi generibus, origine, ratione, scholiastae *EVφΩΔ* de apparatu cottabico diserte agunt. Böhm, qui de cottabo docte scripsit (diss Bonn 1893) p 15 ostendit scholion alterum eandem fere exhibere doctrinam, quam Tzetzes Chil VI, 85, 884 eqs e Suetonii libro *περὶ τῶν παρ' Ἕλλησι παιδιῶν* hausit. Neque igitur dubito, quin hoc Luciani scholion nescio qua via ad Suetonium redeat. Atque cum ea, quae scholiastae *EVφΔ* de ludi generibus narrant, cum Ath XV p 667 E et scholii Ar Pac 1244 parte conveniant, Böhm p 13 coniecit Athenaeum eundem fontem adisse atque utriusque scriptoris interpretes. Potius cum Aristophanis interpretes Athenaei librum manibus trivisse ex ipso hoc scholio eluceat (p 207 b 12 Dübner), conicio illa Aristophanis scholiastarum verba ex Athenaeo ipso, non ex eius fonte manasse. Sed exsistit quaestio, unde Luciani scholiastae doctrinam de cottabi generibus hauserint, utrum ex Athenaeo an ex hoc Aristophanis scholio. Quocum Lucianeum non totum consentit. Versus *Ἀφροδίτης γονῶν* Antiphaneae desunt in scholio Aristophaneo, deterius traditi sunt ab Athenaeo XV 666 F. Scholii Lucianei finis deest in comici scholio, prope accedit ad Ath XI 479 D E. Cum vero in Luciani scholiis Athenaeus nullibi in medium proferatur neque ex hoc scholio certo concludi possit eum a scholiastis adhibitum esse, probabile est hoc scholion e fonte secundario flu-

xisse [1]). Atque cum modo exposuerim Luciani interpretes scholia Aristophanea quondam uberiora usurpasse, hoc quoque scholion ex eodem promptuario probabiliter derivatum est, praesertim cum Aristophanis Pacis v 1244 in medium proferatur. Ac fortasse alterum scholion doctrina Suetoniana refertum eidem fonti addicat quispiam.

Scholion *ΓCVMΩΔ* Tim 54 (p 119,3), quamquam inter scholia Aristophanea locum eius similem non inveni, tamen versu Aristophaneo allato ex eis quondam uberioribus profectum esse censeo.

Praeterea duo sunt Luciani scholia, quae ad verbum fere cum scholiis Aristophaneis conveniunt. Cum vero in codicibus recentioribus *ΔMLΩ* exstent, in ambiguo est, utrum ex Aristophanis scholiis uberioribus an ex nostris eisve similibus hausta sint.

p 166,7 *Ω* = fere schol (R) Ach 581.

p 171,17 *ΔMUΩ* = fere schol Plut 109 cf Harp Hes Sui s *ἀτεχνῶς*.

Neque minus vacillo in recensendo scholio *Δ* p 239,26, quod cum scholiis Ran 819 et Nub 130 necessitudine quadam coniunctum est.

---

[1]) Luciani scholiastas fontibus primariis usos esse e vocibus *οἱ ἀκριβέστερον περὶ κοττάβων διαλαβόντες* concludi nequit.

# Argumentum.


Praefatio. Studia Luciani, quibus temporibus floruerint . . . p 1—3
Cap I. Scholia Lucianea, qua aetate orta sint . . . . . . . p 4—11
Cap II. De antiquorum commentariorum fontibus grammaticis p 11—36
A. Quae ratio intercedat inter Luciani scholia, Photium, Suidam, Hesychium . , . . . . . . . . . . . p 11—14
B. De lexicis rhetoricis scholiorum grammaticorum fontibus p 15—25
a. Quae ratio intercedat inter Luciani scholia et Lexicon Seguerianum VI . . . . . . . p 15—22
α. De scholiis grammaticis I et II classis . p 15—16
β. De scholiis grammaticis III classis . . . p 17
γ. De scholiis grammaticis cod Δ . . . . p 17—22
b Quae ratio intercedat inter Luciani scholia et Lexicon Seguerianum V . . . . . . . p 22—25
C. De grammaticis antiquis scholiorum auctoribus . . . p 25—36
a. Quid Diogeniano debeatur . . . . . . . p 25—26
b. De Polluce scholiorum auctore . . . . . . p 26
c. De Aelio Dionysio et Pausania . . . . . p 26—32
α. Quid his certo addici possit. , . . . . p 26—27
β. Atticistis quae falso adiudicata sint . . . p 27—32
d. De enchiridio grammatico scholiastarum fonte p 32—33
e. De Aristophane Byzantio scholii auctore . . p 33—35
f. De Didymo scholiorum auctore . . . . . . p 35—36
Cap III. De scholiis mythographis . . . . . . . . . . p 37—51
A. De scholiorum mythographorum natura et indole . . p 37
B. Fontes scholiis subscripti quanti sint . . . . . . p 37—39
C. Doctrina exquisita ac selecta . . . . . . . . . p 39—45
D. Quae ratio intercedat inter Luciani interpretes ac Pausaniam . . . . . . . . . . . . . . . p 45—49
E. De indice mythographo . . . . . . . . . . . p 49—51
Cap IV. De proverbiorum interpretationibus . . . . . . p 52—53
Cap V. Illustrium virorum Atheniensium vitae, unde haustae sint . . . . . . . . . . . . . . . . . . p 54—61

# 1. Index nominum.


Aelius Dionysius 24, 1. 26. 31. 32. 35.
Alcibiades 60.
Alexander Nicaenus 4. 7. 11.
Andocides 56.
Arethas 3. 4. 8. 9. 11. 26.
Aristophanes Byz 33.
Athenaeus 30. 60.
Baanes 4. 6.
cod Baroccianus 37. 51,1.
Basilius Adadenus 3. 5. 9. 11.
Callias 57.
Cercopes 28. 54.
Cleo 59.
Coroebus 29. 36.
Cyrillus 13.
Demo 38.
Didymus 35. 52.
Diogenianus 12. 25. 31.
Eratosthenes 42.
Etymologicum genuinum 3.
Eulogius 12. 31.
Eunapius 1.
Eustathius et *οἱ παλαιοί* 30.
Gregorius Nazianz 13. 25.
Haloa 9.
Herennius Philo 30.
Hesychius 13. 25.
Hyperbolus 54.
Lactantius 1.
Leo Isaurus 2.
Leo Philosophus 3.
Libanius 1. 18.
Ps-Luciani Amores 1.
Lucilius 1.
Lucillus Tarrhaeus 52.
Margites 29.
Michael III. 2.
Midias 54. 59.
Pausanias Atticista 24.1. 26. 31. 32. 35.
Pausanias Periegeta 45.
Philochorus 43.
Philostratus 1.
Photius 2. 3. 4. 7. 11. 15. 17. 25. 32.
Phrynichus 32.
Pollux 26 32.
Polycrates 51.
Sergius Resainita 2.
Suetonius 29. 30. 61.
Suidas 10. 12. 17. 19. 25. 44.
Theognostus 2.
Theopompus 56.
Thesmophoria 9.
Zenobius 52.


# 2. Index verborum.


*Ἀβυρτάκη* 19. 27.
*ἄβυσσον* 17.
*ἄγαλμα* 20.
*ἐν ἀκαρεῖ* 15.
*ʼκέστραν* 33.
*ἀκμή* 21.
*ἀκροποδητί* 12.
*ἁλισκόμενα* 21.
*ἄλλως* 15.
*ἄλοκα* 13.
*ἀμενηνά* 6.
*ἀμφιδέξιος* 11.
*ἀπαγωγαί* 20.
*ἁπλοϊκά* 13.
*ἀποβάθραν* 32.
*ἀπόρρητος* 24.
*ἀποσαφοῦντες* 12.
*ἀποτρόπαια* 20.
*ἀποφράς* 24.
*ἀπόχρη* 21.
*ἅρπη* 7.
*ἀρχαῖον* 17. 20.
*ἀστυγείτονας* 20.
*ἀτέκμαρτα* 14.
*ἀτεχνῶς* 61.
*ἄττα* 22.
*αὐθέκαστον* 15.

αὐτοχειρίᾳ 20.
ἀφηνιάσαι 14.
ἀψίκορον 20.

Βακῆλον 24.
ἀμφὶ βούλυτον 17.
βωμολοχικά 24.

Γενναῖα 24.
γέρρα 15. 30.
γρυμαιοπώλῃ 24.

Δασμούς 22.
δεδῃωμένος 16.
δεδίττονται 16.
δημοθοινίας 20.
δημοτικόν 13.
διαμέλλειν 14.
διανεῦσαι 12.
διασιλλαίνειν 10.
διάτορον 14.
διαφέρεσθαι 14.
διοπετής 14
δορύξενος 33.
δορυφορήμασιν 14.

Ἐγκώμιον 21.
ἕδη 17.
εἶεν 24.
εἰκαῖον 17.
εἰλαπίναι 14.
ἐκεχειρίαν 12.
ἐμπολήσας 15.
ἐναγίσματα 17.
ἕνδεκα 23.
ἐνέδει 24.
ἐνῆν 16.
ἔνθεσις 33.
ἐξέθορες 6.
ἐξήκει 12.
ἐξίτηλα 22.
ἐξωμίς 33.
ἐπάλξεσιν 16.
ἐπιγουνίδα 20.

ἐπιεικοῦς 16.
ἐπικερτομοῦντας 6.
ἐπινῶς 13.
ἔπιπλα 24.
ἐπιπόλαιον 21.
ἐπίτριπτον 11.
ἔργον 14.
ἐρήμη δίκη 21.
ἕρμαιον 21.
ἑρμάτων 24.
ἑταιρίστρια 33.
ἔτνος 25.
εὐθύς 19.
εὐπάρυφος 21.
εὐποτμία 6.
εὐπροσωποτάτη 12.
ἔφεσιν 23.
ἐφιέναι 14.
ἐχεμυθήσειν 16.
ἑωλοκρασίαν 32.
ἕωλον 16.

Ζῆλος 23.

Ἥκιστα 18.
ἠλίβατον 22.
ἠλιθίου 23.
ἠπίαλον 33.
ἠϋγενείοις 6.

Θεῖ 6.
θραῦσις 21.
θρῖα 14.
θρίαμβον 21.
θωπείαν 24.

Ἰδιόξενος 33.
ἴλιγγος 61.
ἱμονιάν 15.
ἱπποπόλων 14.

Κάμνοντος 14.
καρβατίνας 33.
κάρτα 20.
καρύκῃ 36.
κάρχαρον 21.
καταίροντος 32.
κατασοφισθείς 14.
κατέσπασε 17.
κατηλοημένος 17.
κεκονιμένον 17.
κεκράκτας 12.
κηλεῖν 14.
κιβδήλῳ 21.
κινάβραν 33.
κλιντῆρα 23.
κοιτ σι 24.
κόλλοπας 33.
κορυζῶντα 15.
ἐκ κοτίνου 33.
κότταβος 60.
κραίνουσι 20.
κρησφύγετα 22.
κυκεών 16.
κυψελίς 23.
κῶμος 21.

Λαβάς 22.
λημῶ 15.
λιχνείαν 22.
λογίζομαι 14.
λοπάδων 21.

Μέλαιναι ψῆφοι 28
μερμηρίζω 7.
μετεωρολέσχης 16.
μετίασιν 14.
μέτριον 19.
μήνιγγα 14.
μικρολογίαν 14.
μισθαρνοῦντας 22.
μοιρᾶσαι 14.
μύδρον 16.
μυδῶντα 6.
μυκηθμοῦ 20.
μυττωτοῦ 61.

ἐς νέωτα 20.

Ξενολογῶν 14.
ξηραλοιφεῖν 24.

Ὀθνείους 20.
ὁλκός 17.
ὄναιο 17.
ὀρεωκόμον 23.
ὄτυβος 21.
ὀφλισκάνει 16.

Παιπάλημα 24. 27.
παλάθας 14.
παραβύσας 13.
παράλογον 21. 32.
παρασάγγαι 16. 21.
παρεγγρέπτων 16.
παρηβηκότας 16.
παρομαρτῶν 17.
ἐπείρα σε 7.
περιδέραια 16.
περιεσοβεῖτο 17.
περιωπή 15.
Πνύξ 27.
πρόξενος 33.
πρόςοδος 20.
προςεπαττάλευσα 12.
προςφερές 14.
πρότονος 33.
πτίττων 33.
πυρριχίζειν 14.

Ῥήτραν 22.
ῥυθμιζέτω 22.
ῥυθμοῖς 22.

Σαίρειν 14.
σαπέρδην 16.
σαρδάνιος γέλως 15.
σάτυρον 13.
σέας 16.
σεμνά 17.
σεμνὰς θεάς 28.
σιληπορδία 35.
σκινδαλάμους 61.
σκορδινᾶσθαι 33.
σοβᾶν 17.
σοφιστής 33.
σπαθᾶσι 14.
ἐσπόδει 33.
στέγειν 6.
στοιχεῖον 12. 30.
στρεβλούμενοι 20.
συνεκρότουν 20.
συνωμοσίας 20.
σῦφαρ 17.
σᾶστρα 16.

Ταχεροί 13.
ταραντινίδιον 32.
ἐτεκταίνετο 14.
τελαμᾶσι 8.
τερπωλήν 16.

τοιγαροῦν 99.
τροπωτήρ 24.
τρυφαλίδας 14.
τυμπάνου 33.
τετυφωμένον 14.

Ὑπερημέρους 23.
ὑποικουροῦν 21.
ὑποτονθορύζοντες 13.
ὑσγινοβαφῆ, ὕσγινον 14.
ὕσπληξ 13. 20.
ὑψιβρεμέταις 16.

Φακοῦ 16.
φθόην 21.
φιλοτησίας 14.
φθόνου 22.
φορμός 24.
φροίμιον 21.

Χοαί 13.
χρηματιζέτω 22.
χρηστός 12.
χυμούς 13.

Ψίττα 14.

Ὠκύπτερος 14.
ὦ τάν 35.

# 3. Index fabularum.

Alcmaeon 47.
Attis 41.
Busiris 50 s.
Caeneus 38. 41.
Cercyon 46. 50s.
Deli error 37. 45.
Diomedes 50.
Echetus 50.
Epimenides 44.
Ic rius 42.
Latonae partus 37. 45.
Lityeses 50.
Lynceus 43.
Meleagri decessus 40.
Midae aures 44.
Otus et Ephialtes 38.
Phalaris 50.
Phineus 43.
Pityocamptes 56.
Priapus 40.
Sciron 46. 50.
Tiresias 45.
Velleris aurei raptus 39

# Loci fusius tractati.


Cramer A O III 412 p 37

LBachm I 268,$_{19}$ p 36

Scholia Ap Rhod I 305 p 36

Aristophanis

Av 283 p 57

1297 p 57

Equ 226 p 59

Pac 665 p 60

681 p 54

1244 p 60

Ran 429 p 57

Vesp 1007 p 54

Hom Δ 377 p 35

Luciani

Abdic 6 p 32

Alex 4 p 28

Anach 32 p 31

Bis acc 3 p 28

Dial mort XII (XIV)$_2$ p 30

Gall 17 p 35

Hermot 71 p 52

Hes 1 p 17

Hist 47 p 18

Icarom 17 p 27

adv Ind 5 p 30

Jov trag 11 p 27

16 p 23

26 p 23

Lexiph 3 p 60

21 p 35

De merc cond 21 p 52

Peregr 9 p 30

Phal II$_1$ p 33

Philops 3 p 29

Pisc 21 p 28

Tim 54 p 36

Platonis

Ap p 25 C p 35

Leg p 899 D p 18

Phaedr p 260 C p 52

Suidas ἀβυρτάκη p 19

# Vita.

Guilelmus Ricardus Winter a d III Id Febr anni 1884 Reudnitziae natus sum, qui vicus nunc cum urbe Lipsia coniunctus est. Fidei addictus sum evangelicae. Postquam ludum civilem Reudnitziensem septem per annos frequentavi, anno 1897 in coetum Nicolaitanum Lipsiensem receptus sum. Septem annis post vere anni 1904 maturitatis testimonium adeptus hanc universitatis civitatem appetivi, ut in studia litterarum et Graecarum et Romanarum me insinuarem. Docuerunt me docentve: de Bahder, Bethe, Brandenburg, Eulenburg, A. Fischer, R. Heinze, Hirt, Immisch, Köster, Lamprecht, Martini, Marx, Sievers, Studniczka, Volkelt, Wachsmuth, Wilcken, Witkowski, Wundt. Proseminario philologo Immischii auspiciis tria semestria, duo Martinii interfui. Seminarii philologi fui sodalis ordinarius Betheo, Heinzeo, Lipsio moderantibus per annum. In seminarium archaeologum benigne me recepit Studniczka, in philosopho-paedagogicum Volkelt, in practico-paedagogicum Jungmann, in societatem paedagogicam Barth, in proseminaria germanica Köster et Sievers, in proseminarium historicum Kötzschke, in exercitationes metricas Marx, in archaeologas Studniczka.

Quibus praeceptoribus omnibus gratias ago quam maximas. Imprimis autem Betheum, qui me ad hoc opusculum efficiendum suscitavit et consilio benignissime adiuvit, pio semper atque grato animo colam.

PA 4236 W56

Winter, Wilhelm Richard
De Luciani scholiis quaestiones selectae

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY